





DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> ACADEMICA  
DE  
SUBSTITUTIONE  
PVPILLARI  
A GERMANIA NON  
EXCLVSA

DN. JOH. WILH. DE GÖBEL

SERENISSIMI DVCIS BRVNSV. LVNEBVRG. A CONSILIIS  
AVLICIS ET DICASTERII GVELPHICI ASSESSORE  
PANDECT. P. P. O. ET FACVLTATIS JVRIDICÆ  
SENIORE

IN JVLEO MAJORI

D. SEPT. MDCCXL.

FLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT

FRIDERICVS Stein  
GAWEITA-PRUSSVS.

HELMSTADII  
TYPIS JOHANNIS DRIMBORNIL.

DISSESTITATIO ACADEMICA

SABSTITUTIONE  
PAPILLARI  
A GERMANIA NON

CAP. I.

DE SUBSTITUTIONE PUPILLARI; PRÆ-  
MISSIS QVIBVS DAM DE SUBSTITU-  
TIONE IN GENERE.

CAP. II.

DE GERMANIA SUBSTITUTIONEM PV-  
PILLAREM NON EXCLVENTE.

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
DOMINVM  
**CHRISTOPHORVM**  
**GVILIELMVM**  
**DE KALCKSTEIN**  
REGIÆ MAJESTATIS PRVSSIÆ LOCVM  
TENENTEM GENERALEM

DE  
**NEXV INTER ARMA**  
**ET STVDIA**

DISSERTATIO PROOEMIALIS

QVA

**EXCELLENTIÆ EJVS,**

SVMMA REVERENTIA

SPECIMEN SVBSEQVENS ACADEMICVM

NVNCPAT

**TANTI NOMINIS**

DEVOTISSIMVS CLIENS ET SERVVS

**FRIDERICVS Stein**  
GAWEITA-PRVSSVS.

AD  
IPPIASTRISSIUM  
DOMINUM  
CHRISTOPHORUM  
GARIFLUM  
DE KALCKSTEIN  
URGE MAGISTRIS PRASSIE LOCAM  
THIENIUS GENERALI  
EX  
DE  
NEXU INTER ARMA  
ET STUDIIS  
DISSESTITIO PROGESSIVIS  
GAY  
EXCELENTIAE EIAS  
SACRA  
SPECIMIN SABBATONIS ACADEMICAM  
KAGLAT  
TANTO NOMINI  
DANIELI CITIZENS ET SERVAT  
ERIDERICAS Genui  
CAY BIBLIOTHECA

ILLVSTRISSIME  
DOMINE LONGE GRATIOSISSIME.

A rectissimum vinculum, quo arma junguntur literis, illos tantum, qui mentis viribus destituantur, nul laque imbuti sunt cognitione, latere potest. Militaris prudentia experientiae inititur. Cum autem vita humana, brevitati admodum obnoxia, ut propriam ubique hauriamus experientiam, non patiatur, ex aliorum experientiis, quas historiæ & annales ab interitu vindicant, nostram formemus & instruamus, oportet. (a) Res mundanæ tam civiles, quam militares, in gyrum quasi æctæ, semper redeunt, mutatis tantum personis, & externa aliqua specie, circumstantiarumque diversitatibus. Qui rerum gestarum expers est, ex præteritis futura calidissime conjicere ignorabit, qui defectus merito etiam a viro militari abesse debet. Vt ordines ducturus terrarum, que a milite sunt peragrandæ, & locorum, ubi castra metanda, aut quæ obsidione cingenda, peritus sit, a nemine facile in dubium vocabitur. In dirigenda acie & curando locorum obsidio, rebusque periclitantibus, aut male se habentibus, ut par est, subveniendi, acri & certo opus est judicio, cui augendo & limando philosophia rationalis multum infervit. Nec minus belli dux animi passionibus, quæ, in nimium translatæ, omnium calamitatum, misericarum & adversorum eventuum causæ sunt,

(a) BOECKLERI *dissertatio, cui titulus: Historia principum schola.*

recte moderari noverit, cultioresque habeat mores, & eorum, quæ ad rem publicam, tam quoad justum, quam quoad utile, spectant, non sit ignarus. Vt olim, ita etiam hodie viris in sago illustribus legatorum sparta aliaque civilia munera committi solent : Is autem, qui legati provincia recte fungi, aut etiam bellici ducis, qui suos ad strenue rem gerendam admonere debet, munus probe explorare vult, naturalem eloquentiam artificiali quodammodo adjuvet, necesse est. Corporum naturalium & effectuum, qui inde exoriri solent, cognitionem habere, non levem militari scientiæ (b) præbet utilitatem. Quod autem ad matheſin attinet, illa, pro magna sui parte, ea, quibus vir militaris imbutus esse debet, complectitur. Aliquid etiam juris tam naturalis, quam civilis studio dandum. (c) Dedeſcus enim profecto est, præſidere & adſide-re causis militum cognoscendis & dijudicandis, & neque civilis, neque criminalis juris habere notitiam. Inter Græciæ heroes non pauci fuere, qui litterarum studia

---

(b) Suspitor, inter novem scholas militares, quas orientale habuit imperium, aliquas fuisse, in quibus rei militaris scientia docebatr. Ceterum de scholis & comite scholarum vid. BVLENGERVVS de imperio Romano tib. IV. c. 19.

(c) Cæſar & Pompejus, de jure in artis formam redigendo, follisci fuisse, dicuntur. SVETONIVS in vita Cæſarisi c. 44. ISIDORVS Hispal. lib. V. origin. c. i. Aprés l'étude de belles lettres, qui me touche particulièrement, j'aime la science de ces grands Juriconsultes, qui pourroient être de législateurs eux mêmes, qui remontre à cette première justice, qui regla, la société humaine : qui conuoisse ce que la nature nous laisse de liberté dans les gouvernemens établis, & ce qu'on oté aux particuliers, pour le bien public, la nécessité de la politique. Mais cette science du droit, qui descend aux affaires de particuliers, n'en devroit pas être ignorée. On la laisse pour l'inſtruction des gens de robe, & on la rejette de celle de Princes, comme honteuse ; quoiqu'ils aient, à donner des arrêts, à chaque moment de leur règne, sur la fortune, la liberté & la vie de leur ſujets. Oeuvres mêlées de SAINT EVREMONT tom. I. p. 29. 30.

&  
am  
am  
que  
rat  
ios  
obe  
no  
ffe  
on  
nod  
ea,  
Ali  
an  
de  
que  
ter  
dia  
in  
pe  
ete  
im  
iciti  
VS  
tou  
tes,  
re  
na  
son  
que  
rs,  
ens  
oit  
sur  
NT

in amoribus habuerunt. Achillem scientiarum præceptis, comitate honesta, & militaribus forte etiam curis Chiron instituit.

Quem Chiron docuit potissimum centaurorum.

HOMER. *Iliad. lib. XI.*

Alexander M. non solum exotericis, sed & acroomaticis disciplinis, Aristotele duce, innutritus est. (d) Romani ad majores plerumque nullos admittebant dignitates, nisi qui per aliquod tempus castra secuti essent. Atque Romanorum illi, qui maxime armorum gloria floruerunt, litterarum scientia saepe celeberrimi fuerunt. Inter multa egregia non in ultimis laudum Scipionis Africani fuit, quod juventutem bonarum litterarum studiis addixerit. Consumata fortasse belli gloria Hannibalem, a puero in exercitu educatum non superasset, nisi exercitatus litterarum studiis habuisset judicium. (e) Rectius exercitui imperabat, qui primum sibi imperare didicit. Julius Cæsar omnibus belli ac togæ dotibus ingenique ac studiorum eminentissimus erat. (f) *In heroicis GABRIELIS SI-*

(d) PLVTARCH. *in vita Alexandri M.*

(e) Carus ipsi, teste Cicerone, fuit Ennius. Vide PLVTARCHVM in vita Scipionis Africani. Hic de eo dicit: *Publius Cornelius Scipio jam inde a pueritia, cum eximia indolis & summa virtutis specimen præ se ferret, sub auspiciis patris caput disciplinis militaribus eruditus.* De rebus ejus praecellere gestis, præter Plutarchum l. c. POLYBIVS, & LIVI VS decade III & IV, agunt.

(f) SAINT EVREMONT dans la comparaison de Cesar & d'Alexandre hæc habet: *L'amour de lettres leur fut une passion commune, mais, Alexandre ambitieux par tout, étoit piqué d'une jalouse de supériorité en ses études, & avoir pour but principal dans les sciences, d'être plus savant que les autres. L'esprit de Cesar un peu moins vaste, ramena les sciences à son usage, & il semble, n'avoir aimé les lettres, que pour son utilité.* In primis dicendi arte Cesar valebat, & si oratorem agere voluisse, eos, qui maximam in ea confecuti sunt laudem, si non superare, tamen adæquare potuisset. Inter historicorum summos

MEONIS symbolis depictus conspicitur, stans super globo mundi, sinistra librum, dextra gladium tenens, cum hac inscriptione: EX VTRQVE CÆSAR (g) Titus Vespasianus cum Britannico in aula educatus, ac paribus disciplinis & apud eosdem magistros institutus (h) Vespasiano Carolum Magnum jungamus. Hunc non solum corporis exercitiis ab ineunte ætate se assuevisse, sed & artibus liberalibus & bonis litteris studiofissime operam navasse, memoriae proditum est. (h) Carolus quoque V. bonarum litterarum peritus erat. Hic juventæ rectores habuit Chievrium ephorum & doctorem Adrianum præceptorem, inter pontifices Romanos postea locum habentem, qui animum ejus ad honesti habitum & belli pacisque scientias componuerunt. (i) Carolus æmulum Franciscum I. Galliæ regem addamus, quem victoria ad Marignanum, & clades ad Paviam heroibus adscribit. *Hic princeps magnum sui tum civibus, tum exteris desiderium reliquit, quod omnibus virtutibus præstantem se præbuit. Magni erat & generosi animi, bonas litteras maxime amavit & fovit.* Heinricus IV. Galliae rex litterarum quoque non fuit im-  
peritus. Hunc scientias principe dignas Florens Christia-

---

mos illum esse referendum, libri de bello Gallico, & civili, si hos quoque scripserit, docent. Sunt qui putant, libros illos fuisse, quos, se, ut Ægyptiacam evitaret captivitatem, mari committens, altera manu in alium sustinuerit, altera vero nataverit. PLVTARCHVS in vita ejus. (g) CAMERARIUS in horis subcœbris c. II. existimat, symboli autorem oculos intendisse ad honores, qui Julio Cæsari, post reportataen a Pompejo in campis Pharsalicis victoriam, a senatu decreti fuerunt. In iis enim erat, ut imagini ejus, orbis terrarum globo impositæ, adscriberetur: SEMIDEVS EST.

(h) SVETONIUS in vita ejus C. 2.

(h) EGINHARDVS in vita Caroli M. C. XXV.

(i) Vid. L'avertissement, quod VARILLAS præmisit libro, qui inscribitur: *La pratique de l'education des Princes.*

stianus docuit. (k) Gustavus Adolphus Suecorum rex in disciplinarum & militiae studiis educatus fuit. (l) Magnus hic rex inter arma universales meditatus dicitur leges. (m) Carolus Gustavus cum domesticis studiis academica conjunxit. (n) Fridericus Wilhelmus, qui rebus gestis Magni cognomen promeritus, bonas litteras litteratosque impensae amavit, fovitque. In primis etiam dicendi arte valuit. (o)

Quod

(k) PERFIXE dans l'*histoire de Henry le grand* p. 23. eum appellat: *Homme de tres agreable conversation & fort verfe aux belles lettres.* ANTONIVS de BANDOLE in paralelismo. Julii Cæsaris & Henrici IV. quem translationi Julii Cæsaris in Gallicam linguam præmisit, ab hoc rege rerum a se gestarum commentarios expeditatos fuisse, tradit.

(l) LOCENII *histor. Suecia lib. 8. p. 503.*

(m) Le Roy Gustave de Suede, ayant lu & admiré le livre de *jure belli & pacis*, il résolut de se servir de l'auteur, qu'il croyoit un grand politique, à cause de cet ouvrage, & le chancelier Oxenstiern, premier ministre de ce conquerant, le fortifia dans ce dessein, faisant un merveilleux état de son ouvrage de *jure belli & pacis*, qu'il feuilletoit incessamment. BAYLE dans le dictionnaire H. C. sous l'article de Grotius.

(n) Puffendorff in rebus a Carolo Gustavo Sueciæ rege gesris lib. VII. §. III. p. 603

(o) Quinto atatis anno additus ei fuit rector juvenutis Johannes van der Borgh, qui & patris Georgii Wilhelmi juventam rexerat. Sed cum is supremus satrapa comitatus Ravensbergensis constitutus erat, in ejus locum suffactus Johannes Fridericus Kalekhan dictus Leuchtmari. Informatio Jacobo Mullero a secretis epistolis fuit commissa. At postquam etatis annum decimum quintum attigisset, parenti placuit, eum in Belgium mittere, quo e conversatione illustrium toga sagacius, eum in Belgium mittere, quo e conversatione illustrium toga sagacius, eum in Belgium mittere, quo e conversatione illustrium toga sagacius, que virorum solidiorem ingenii cultum caperet, ac judicium moreisque poliret. Igitur mensis Junio iter ingressus per Hamburgum, Oldenburgum, inde Græningam, Schwollam & Utrechtum, Leidam pervenit, ubi sedem aliquandiu figere decrevit. Præcipuum ibi studium antiquitatis & historiam cognoscere, eam cum primis, que ad ipsius ditaciones, & vicina regna & res publicas spectaret. PVFFENDORF de rebus gestis Friderici Wilhelmi Magni lib. I. §. 102. Celebratis Hagæ comitum cum Auriaca nuptiis, confessum ordinum ingressus, ubi pavulum assedit, mox surgens, pileoque mensa imposito, pariter aperto capite sanctis ordinibus, decora oratione de fædere, quod pater suus cum

Quod ad belli duces, qui reipublicæ temonem non rexerunt, attinet, Germanico inter principes Romanorum heroum omnino locus debetur. Ingenium ei in utroque eloquentia doctrinæque genere præcellens erat. (p) Agricola, ob res in Britannia præclare gestas memorabilis, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. (q) Multum Torstensohnius, qui Suecorum in Germania summo cum imperio rexit exercitum, a puero litterarum studiis se permittens, Lipsiæ in hibernis constitutus, ducentibus professoribus, scientias, potissimum arti militari inservientes, excoluisse dicitur. Guebriantus, in Germania, per aliquod belli sic dicti tricennalis spatium, supremus Gallici militis præfensus, adolescentiam in studiis contrivit. (r) Montecucklius, qui illo tempore, quo Turennius (s) Gallicis præferat copiis, imperatoris archistra-

cum uniti Belgii republica inierit, quodque continuare præsentes suæ res exigant, memorare caput. PVFFENDORF l.c. lib. II. §. 72. p. 130.  
(p) SVETONIVS in Caligula c.I. (q) TACITVS in Agricola c.IV.  
(r) Je puis parler comme témoin des charmes de sa conversation, qu'il n'avoit rien de cette austérité ordinaire a ceux d'un mérite & d'une qualité éminente. Je crois razy, qu'il se maintint si traitable parmy les fatigues de son employ, & parmy des humeurs assez farouches, & d'entendre de si baux sentimens. Si l'on le mettoit sur les auteurs, il en parloit, comme s'il eut passé tous les jours dans leur lecture, tant il avoit la memoire recente de plus baux endroits & particulièrement de Quinte Curse, de Cesar, de Tacite & d'autre historiens, dont on eut dit, qu'il avoit puisé toutes les plus belles maximes, pour former sa conduite. Il se plaisoit quelque fois, à les traduire, & j'ai de fragmens de sa main de quelques harangues de Quinte Curse, qui n'ont rien perdu de leur force. Son dessein étoit, de faire des memoires, & pour ce sujet il gardoit copie de lettres, qu'il écrivoit, & quelque fois il ébauchoit de traits, pour l'at militaire, qu'il y devoit inserer. Histoire du Marechal de Guebriant par LABOUREVR p. 712.

(s) Nullum dubium, quin Turennius judicium, quo in primis valebat, implantum studiis, quæ juvenis seclusus erat, debuerit. Il s'étoit trouvé en tant d'occasions, qu'avec un bon jugement, qu'il avoit, & une application extra-

tegum egit, æque ac hic gloriæ suæ æmulus litteris probe  
eruditus fuit. Recentioris ævi heroum clarissimi Eugenius & Marlboroughius, antequam ad pertractanda arma  
accederunt, studia affatim excoluerunt. (t) Nec, ab occu-  
pationibus bellicis vacui, a librorum, ad rem suam facien-  
tium, lectione, & doctrinarum ibi repertarum meditatione  
alieni fuerunt. Cum ad salutem populi litteræ cum armis  
copulanda sint, principi omnino vitio vertendum, si, omisso  
armorum studio, se tantum scientiarum & quidem abstru-  
siorum contemplationibus mancipet. In eo Jacobum  
primum magnæ Britanniae regem peccasse, dicunt. (u)  
terris Prussicis Deus regem ex omnium voto opti-  
mum dedit, ut populi salutem æternam redderet. Ad hunc,  
quod antea de Julio Cæsare dictum, EX VTRQVE CÆSAR  
(x) exactissime quadrat. Cumque maximus ille regum,  
TE VIR ILLVSTRISSIME, juventutis sua recto-  
rem habuerit, TIBI omnino a fidissimis ejus subditis im-  
mortales debentur grates, quod in Majestate ejus utrius-  
que illius rerum publicarum fulcri, prudentissimis sapien-  
tissimisque tuis doctrinis, amorem, quo Ipsa incompa-  
rabili sua ferebatur indole, magis magisque concitare, &  
per continuos discursus indies augere volueris. Inter  
summæ divi Friderici Wilhelmi regis glorioissimæ me-  
moriae

traordinaire au metier, il s'etoit rendu le plus grand capitaine de son  
siecle. Il n'etoit pas ignorant des belles lettres. Il sçavoit quelque chose des  
Poetes Latins & mille beaux endroits des François. Il aimoit asséz les bons  
mots, & s'y connoissoit fort bien. Mémoires de Rabutin tom. I. p. 389.  
(t) Vid. scriptores vite eorum. Marlboroughius, vir etiam in toga sum-  
mus, Estradii commentarios in primis sedula versatus dicitur manu.

(u) RVSWORTHS Historical and political collections, Vol. I. p. 100. seq.  
MACHIAVELLI disc. libr. i. c. XXI.

(x) L'art de gouverner est douteuse & difficile, & regoit un grand secours  
de l'étude. Le ministre d'Etat par Silbon discours II. Arduum sane cu-  
sta regendi onus. TACITVS lib. I. annal. c. XI.

moriae prudentiae documenta est, quod TIBI, arte & marте eminentissimo, principem, in spem regni totque terrarum natum, scientis illis, quae nomini & famae aeternitatem comparant, imbuendum commiserit. Eorum numero, qui TE VIR SVMME, ut tantum felicitatis patriae instrumentum, venerantur, & insigne tuum beneficium, quo gentes, quae sub Prussicis sceptris sunt, complecti volueris, grato agnoscent animo, & ego sum, cui fors nascendi in Prussiae regno contigit. Cumque alii, maximam, qua TE VIR ILLVSTRISSIME deveneror, reverentiam, in publicum testandi, destituar mediis, positiones subiectas, quibus studiis meis academicis colophonem imposui, submississimo exhibere, constitui, cultu. Præfatione hac uti volui, non quod TIBI tanto viro alicujus eorum, quae in illa traduntur, notitiam deesse, mihi persuasum habeam; summum enim hoc esset nefas, cum, præter scientias alias in fago & toga clarissimas, rerum gestarum notitia non tinctus, sed penitus imbutus sis: Verum quia credidi, me argumento convenientiori, thesibus juridicis, ad TE faciliori modo pervenienti, viam sternere posse. Benevolè igitur accipias, precor, VIR Magne, id quod TIBI speciminis academicici supplex exhibeo. Sine, ut positiones illæ in tuum, utpote securissimum asylum, configuant finum. Eas non ex pretio, quod in illis leve esse, sed ex summa, qua TE colo, observantia æstimales, quæso. Quod reliquum, ut quam diutissime intermortales, prospera ubique utens fortuna, in rei civilis militarisque salutem, sis superstes, meque, ut devotissimum clientem gratia tua dignari velis, est in votis. Dabam Helmstadii d. XXII. Sept. MDCCXL.



CAP. I.

DE SVBSTITVTIONE PVPILLARI; PRÆMIS-  
SIS QVIBVS DAM DE SVBSTITVTIONE  
IN GENERE.

§. I.

**S**ubstituere est, in alterius locum quid statuere & locare. Vid. textus ad hanc nominis explicacionem spectantes, apud BRISSON.. *in comment.* *de v. s. p. 1915.*

§. II.

Variae sunt substitutionis a doctoribus propositæ definitiones. CAJVS (a) vel ANIANVS (b) definit:

A 2

Quod

(a) *Lib. II. Inf. tit. 4.*

(b) Ita coniecit OISEL ad Caj. Instit. fragm. apud SCHVLTING in *jurisprud. antejustin.* p. 108. Hoc ex ANIANI *interpretat.* lib. III. tit. 5. C. *Gregoriani* apud SCHVLTING p. 694. constare videtur, ubi inquit: *Si quis per testamentum heredem aliquem*

Quod sit secundi heredis appellatio. PAVLVS (c) secundi heredis institutionem dicit. ACCVRSIO secunda vocatur institutio. Huic substitutionis definitioni, sive mavis descriptioni obstare videtur, quod substitutio primo loco fieri possit. l. 2. §. 6. de vulgari & pupilli substit. ubi legitur: *Si filius heres non erit, Sejus heres esto: Deinde filius heres esto.* Sic & ei opponitur: Non omnem substitutionem dici posse secundam institutionem, cum etiam substitutio fideicommissaria sit substitutio, & in legatis, & donationibus mortis causa sit substitutio, quæ tamen institutio non sit, & non solum secundo, sed & tertio, quarto & ulteriori gradu substitui posse; porro, nec omnem secundam institutionem esse substitutionem, ex hac formula: *Lucius heres esto, Sejus heres esto, patescere.* Verum ad objectionem primam BARTOLVS respondet: Ordinem intellectus, non scripturæ esse respiciendum, id est, ACCVRSIO substitutionem dici secundam institutionem non ratione positionis in dispositione, sed ratione naturæ & essentiæ suæ, quæ præcedentem institutionem requirit, (d) ita ut institutus sit, cui primo loco ex testamento defertur hereditas, cui secun-

do  
quem appellaverit. Verum quidni illa verba Caji esse possent; cum nihil impedit, quo minus dicere queamus, & illius JC<sup>ti</sup>  
ævo hanc in usu fuisse locutionem. Nihil enim Caji seculo a.  
versum sapit.

- (c) Lib. IX. quest. I. 42. de vulgari & pupillar. substitutione.
- (d) Licit plerumque heredis institutio prima parte testamenti facta, cui substitutio subiecitur: *Quid prima secundo certa ve-*  
*rit versu, solus multivix cohererit.* Hoc tamen ex rei natura  
non est necesse. GOVEANVS ad tit. de vulgari & pupilla-  
ri substit. p. 63. FORCATVLVS in negromania Jurisper-  
itorum dialogo XXIII. N. 3. seqq.

do vel tertio loco, substitutus. Ad alia, quæ Accur-  
sianæ definitioni opponuntur, regeri potest: Vocabu-  
lum substitutionis, in fideicomissis, legatis & donatio-  
nibus mortis causa improprie sumi, & non in sensu  
juridico, sed grammatico, quia in hoc etiam obliga-  
tiones & actiones dicuntur institutæ; deinde, cui he-  
reditas restituenda, non dicitur simpliciter, sed per fi-  
dei commissum substitutus, & in eo non directa, sed  
obliqua institutio locum habet; porro quod duo he-  
redes, unus primo, alter secundo loco nominari pos-  
sit, substitutionis explicationi, quæ secunda appellatur  
institutio, non contrariatur; nam substitutus ab he-  
rede adjecto differt, & substitutio non dicitur secun-  
da institutio, quoad positionis ordinem, sed secun-  
dum naturæ rei indolem. Denique compertum habe-  
mus, veteribus consilium fuisse, tertio, quarto vel  
etiam ulteriori gradu scriptos heredes secundos here-  
des dicere, non habito respectu ad scripturæ, sed suc-  
cessionis ordinem. (e) JCTi concisis definitionibus es-  
sentialibus contenti, causalium sunt incuriosi. Imo  
Stoicæ philosophiæ additiores veterum plerique (f)

A 3

accu-

(e) OISEL I.c. GOTHOFREDVS ad l. 3. pr. D. qui po-  
tiores in pignor. Substituere est, in locum deficientis heredis  
alterum subrogare, & sufficere, quounque denum modo hoc  
factum fuerit. FABROTTVS enarrat, ad tit. XXVI. lib.  
XII. paratt. Cujac. Auguſti teflamentum Tiberium & Livi-  
am heredes habuit, Livia in familiam Julianum nomenque Au-  
gustæ adsumebatur. In spem secundam nepotes pronepotes-  
que, tertio gradu primores civitatis scriperat. TACITVS  
lib. I. annal. C. 6.

(f) CVJAC. Lib. XXVI. obs. C. 40. EDMVNDVS MERIL-  
LVS L. I. obser. GALVANVS in diff. de usufructu C. 1.  
MAL.

accuracyores ex regulis artis compositas neglexerunt definitiones, & descriptionibus contenti fuere. Atque in eo non solum ex legistis & decretistis, sed & ex recentioris ævi juris interpretum numero permultos habuerunt aſſeclas. Substitutio est institutio (g) secundo vel ulteriori gradu scripti heredis, ea lege, ut anterioris heredis deficiens locum occupet.

## §. III.

Substitutio diuiditur in vulgarem & pupillarem, sub qua exemplaris sive quasi pupillaris comprehenditur. (h) Heredis substitutio, ait MODESTIUS NVS

MALQVYTIVS de vera non simulata Jctorum philoſophia c. XXXII, lib. ii. EVERARDVS OTTO de Stoica veterum Jctorum philoſophia. BRVNQVELL H. J. R. G. p. 4.

(g) Institutio est genesis & speciei nomen, GOVEANVS de vulg. & pupill. ſubſit. p. 75. Heredes instituti primo, ſubſiti fecundo vel tertio gradu l. i. pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſit. BAR THOLM. CHESII interpr. juris C. XIII. p. 141.

(h) Inter pupillarem & exemplarem ſubſtitutionem non eſt diſferentiam specificam, traditur a BROEO in expoſitione Instit. Iuſtin. p. 392 lib. II. tit. XVI. l. g. C. de impuber. & alii ſubſit. CV JACIVS in commentar. ad Instit. de pupillari ſubſit. p. 118. inquit; Ratione ſucceſſionis duo tantum ſunt genera ſubſtitutionis, ratione perfonarum tria, vulgariſ, pupillaris, Iuſtiniana, (exemplaris) ratione ſcriptura quatuor. Nam vel primus caſu exprimitur, vel ſecundus vel uterque vel neuter. De militari ſubſit. vid. JANVS a COSTA ad lib. II. tit. 16. Instit. VACONIVS a VACVNA lib. IV. declarat. 62. quinque ſubſit. directæ, qua ab obliqua five fideicommisso eſt diſtincta, facit species: Vulgarem, pupillarem, exemplarem, breviloquam & compendiosam: Aſt breviloquam five reciprocā, & compendiosam five privilegiatam ab aliis non essentialiter, ſed accidentaliter diſferre. ZOESIVS l. g. de vulg. & pupill. ſubſit. n. 52. JACOB. GALL. in apic. leg. p. 144. docet.

NVS (i) duplex est, veluti: *Lucius Titius heres esto, si  
mibi Lucius Titius heres non est, tunc Sejus heres mibi  
esto: Si heres non erit, sive erit & inter pubertatem de-  
cesserit, tunc Gaius Sejus heres mibi esto.* (k)

§. IV.

Vulgaris substitutio dicitur, quoniam apta idoneaque est, ut cuivis fiat, tum extraneo, tum filio; pupillaris ab aetate dicitur, (l) de qua fieri solet; fit enim pupillo sive filio impuberi. Est autem haec substitutio, qua pater liberis suis impuberibus in potestate constitutis & sibi heredem dicit, si filius impubes deceserit. Vtraque aut expressa (m) est, aut tacita. Nobis hic nihil

(i) L. I. §. 1 ff. de vulgari & pupill. substit.

(k) Formulae utriusque substitutionis, quae in CAJI Instit. lib. II. tit. IV. p. 109. apud SCHVLTING reperiuntur, non CAJI sed ANIANI esse, ALEANDER affirmat.

(l) THEOPHILVS in paraphr. lib. II. tit. 16. Sunt, qui contra haec non sine ratione quedam monent. VACONIVS lib. IV. declarat. 62. alium appellationis originem exhibet, scilicet, ne bona caduca fierent. LANCELOTVS, qui de substit. p. 49. 50. eadem proponendum cum Vaconio habet verba, vulgarem hoc modo definit: *Est subrogatio quedam heredis in locum prioris, qui non existet.* Filius heres est, et si non erit Caius heres effo. ZOES. tit. de vulg. & pupill. substit. n. 2. INTR. GLIOLVS de substit. cent. I. quest. 18. n. 2.

(m) Pupillaris expressa superflua videtur; nam vulgaris pupillarem tacitam continet l. 4 ff. de vulgari & pupill. substit. l. 4. C. eodem: At MARCILIVS in comment. ad tit. XVI. lib. II. Instit. otiosam non esse, assert, quoniam circa tacitam dubium, non testator pupillariter substituere voluerit, exoriri posset, circa expressam non æque. Mihi videtur, antiquiora Romanorum tempora tacitam ignorasse substitutionem, & cum ab Alexandro l. 4. C. de impuberum & aliis substitutionibus constituta aut confirmata,

ex-

nihil reliquum, quam quædam de pupillari substitutione dogmata sub contemplationem vocare.

expressam cum tacita superstitem mansisse. Quod sub Alexander tacita pupillaris sit nata, affirmare non audeo, quia de illa PAVLVS lib. 12. respons. non ut re nova loquitur. In MODESTINVS lib. singul. de curencticis l. 4. ff. de V. & P. S. ait: *Jam hoc iure uitimus ex divi Marci & Veri constitut. ut cum pater impubescens filio in alium casum substituisset, in utrumque casum substituisse intelligatur, sive filius heres existiterit, sive non existiterit.* Quod ad l. 4.5. attinet, eam non de filio legitimo & naturali, id est ex legitimis nuptiis, sed ex concubina aut durante patris captivitate natu-  
to, intelligendam esse, verior est sententia; qui quid etiam GABRIEL PALÆOTVS de notis spuriisque filiis C. XXXVII. in contra-  
rium existimet. Constitutum autem ibi, si pater filium legitimum  
& naturalem instituit heredes, eosque sibi invicem vulgariter  
substituit, si legitimus intra annos impubertatis moritur, non  
substitutum fratrem naturalem, sed legitimam uxorem succe-  
dere debere. Est enim hoc exceptio a regula, neimpe unam  
substitutionem expressam, alteram continere tacitam, quando  
scilicet substitutio fit diversæ ætatis conditionisque personis, ex  
quibus filius naturalis tempore substitutionis in patria non fuit  
potestate. Vid. CVJACIVS lib. XVII. O.C. 26. Filii naturales  
cum matre in unam tantum ex bonis paternis admittebantur por-  
tionem, tam inter vivos, quam mortis causa, & tam ab ultima  
voluntate, quam ab intestato. l. 2. & 8. C. de naturalib. liberis. Nov.  
18. & 39. CVJACIVS in paratit. C. lib. V. tit. 27. & ad Nov.  
18. p. 444. Ceterum sunt, qui putant, pupillaris expressa &  
tacite differentiam in eo superesse, quod in expressa: *mater a*  
*legitima, non autem in tacita per substitutum excludatur:* Ve-  
rum hæc sunt arcana, ut JANVS a COSTA loquitur,  
nova Jurisprudentia, qua hodie in foro benigna interpretatio-  
ne prævaluerit. LANCELLOTTVS POLITVS de sub-  
stit. p. 497. seqq. communi opinioni, quod pupillaris continet  
vulgarem, refragatur, contendens, in textibus juris, qui substi-  
tutionis tacite mentionem faciunt, non nisi de vulgari inclu-  
dente sermonem esse. Citat pro sua doctrina l. 2. §. f. ff. de  
vulg.

VLPIANVS (n) moribus (o) ait introduc-  
tum, ut quis liberis impuberibus testamentum fa-  
cere

*vulg. Et pupill. substit. Et l. 4. C. de impub. Et aliis substit.* Quod ad §. 7. attinet, non satis certum, an in eo de pupillari tacita agatur; lex vero illa 4. tacitam pupillarem ponit, non autem vulgarem tacitam excludit. Idem dicendum de §. 7. si ad substitutionem pupillarem tacitam applicari debet. Atque ita POLITI ratiocinatum, quod ex Bartolo hauft: *Quoties aliquid textus potest recipere plures intellectus, ille intelligitur, verior esse, qui per alias leges probari posset, qui vero nullo modo probaretur, non esse recipendum, hic sine omni manet effectu.* Porro textus ille: *Nampe jam hoc iure &c. nihil ambigu continet, sed verba satis sunt generalia, & non ad exemplum substitutionis vulgaris expressa restriciva, ut cum pater impuberis filio in alterum casum substituisset, in utrumque casum substituisse intelligatur.* Verba enim sequentia: *si pater heres non exsisterit, si exsisterit, Et impubes deceperit,* sunt illustrantia, non remonteria. Imo quod in illo textu etiam de pupillari expressa & vulgari tacita agatur, haec satis manifestum reddunt §. I. verba: *Quod jus ad tertium quoque genus substitutionis tractum esse videtur.* Nam si pater duos filios im- puberes heredes instituat, eosque invicem substituat, in utrumque casum reciprocam substitutionem factam videri. D. Pius constituit. Verba namque haec nihil aliud volunt, quam quod tam in pupillari expressa, quam in vulgari tacita altera, quod ad reciprocam etiam substitutionem, contineatur. Complementum toti rei haec addunt verba: *Hoc ibique casu singulis separatum substituere pater debebat, ut si pubes heres non exsisterit, impubes ei substituatur, si autem impubes heres exsisterit, Et intra pubertatem pubes frater in portionem coheredit substituatur, quo casu in utrumque eventum substitutus videbitur. &c.* Etenim aperte indicant, sub pupillari expressa vulgarem tacitam contineri. Neque habet, qua contra haec POLITVS adferre possit. Nam prima reque ac secunda ejus responsio pariter obscuræ & insufficientes sunt. Non video, quid haec verba, ad communem sententiam destruendam, facere possint;

cere possit, donec masculi ad quatuordecim perveniant annos; quod sic erit accipiendum, si sint in potestate, qui etiam pupilli vocantur. (p) Dicitur autem pupillaris substitutio moribus introducta, non quod Lace-

sint: *Quod illud est ea de causa, quia statim superior puberi vulgaris facta fuit, per quod non immerito intelligi deberet, esse repetita in persona ipsius impuberis.* Nam tale quid in textu non reperitur, sed ei a LANCELOT O infertur. Sic & altera responsio non magni momenti esse videtur. Nam hanc verba: *Vel certe evitanda questionis gratia specialiter in utrumque casum impuberi substitutus fratrem, sive heres non erit, sive heres erit, & intra pubertatis annos deceperit,* id quod de pupillari substitutione, vulgarem tacite includente praecepsit, non tollunt. Denique non infirmum argumentum petitur a ratione substitutionis pupillaris, quod testator velis, nec sua, nec pupilli bona ad heredes ab intestato pervenire debere, & sic etiam eum, per rationabilem conjecturam, velle, ut, licet pupillus pubes factus hereditatem repudiaverit, bona nihilominus ad pupillariter substitutum deferantur. De veterum circa hoc capit litibus vide VIGLIVM ZVICHE- MVM ad tit. de pupillari substit. p. 217. 218.

- (n) *Lsb. VI. ad Sabinum L. 4. ff. de vulg. & pupillari substit.*
- (o) *Vulgaris, decemvirali lege coepisse, dicitur. Provocant ad l. 162 ff. de V. S. Vid. CVJACIVS ad Ulpiani fragm. tit. XXIII. p. 647. apud SCHVLTING. Verum POMPONIVS lib. 2. ad Sabinum substitutionem pupillarem ex lege XII. Tabortam esse, non assert, sed tantum inquit: In vulgari substituzione, qua ei, qui supremus morietur, heres substitutus, recte substitutus tantum unico intelligitur exemplo, XII. Tabularum, ex quibus proximus agnatus & solus habetur. Est enim hic tantum comparatio inter casum, si testator dixerit, substitutum succedere debere ei, qui ultimo morietur, illum etiam unico succedere; & casum legis 3. C. I. Tab. V. legis decemy. Si pater familias intestato morietur, eique impuber suis exhibet heres, gnatus proximus nuncitor tutelam. Quodsi unicus enim tantum adest agnatus, ipse tutor legitimus erit.*
- (p) *DVARENVS tit. de vulgari & pupill. substit. C. V.*

( ) n ( )

Lacedæmoniorum moribus (q) sed juris peritorum interpretatione cœperit. (r) Fundamentum autem in jure Quiritum quærendum dicunt, ex quo patri in liberos, quos in potestate habuit, exuberans plane competebat potestas. Sunt tamen, qui juri naturali hic aliquid deberi existimant. Nam filius est pars patris naturaliter, (s) & toti in partem competit directio, & pars est, id quod est, per totum, & sic præsumitur, quod a toto etiam pars moralis facta & separata, se totius, cuius est pars, placitis committere velit, cum totum suæ parti adversari velle non credatur, quoniam parti adversans, sibi ipsi quodammodo adversaretur. Idem

B 2

de

(q) Ita opinatur cum Accursio & Bartolo VACONIUS lib. IV<sup>r</sup> declarat. 63. Hanc tententiam ridet ZASIVS de subſtit. tract. p. 530. Coepit tamen de substitutione pupillari doctrina deinde de juris esse scripti, cum reformatione & additamentis: Add CONANVM Lib. X. comment. juris civil. c. VIII. n. I. HILLIGER. in Donellum lib. VI. c. XXV. p. 430.

(r) JANVS a COSTA & BROEVS ad pr. tit. Inſtit. de pupillari subſtit. Quod autem JANVS COSTA tradit, substitutionem pupillarem ex prudentium interpretatione ad LL. XII. tab. ortam, aliquid ex dubio videtur. Nam vulgaris substitutione post decemviralem demum legem nata censetur. Vid. BROEVS p. 389. Habetur autem vulgaris x̄tate prior, & ad hujus imitationem Jcti pupillarem excogitasse creduntur. De fctorum interpret. confer. PERENONIUS II. adv. C.II. & EVERHARDVS OTTO in Papiniano p. 235.

(s) ALTESERRA de fiction. juris tract. I. c. X. p. 21. Et tract. VI. c. 2. BINCKERSHOECK de jure occidenti, vendredi & exponendi liberos. Nonnulli opinantur, ultimas voluntates tantopere in Romanorum fuisse amoribus, ut quo minus in immatura x̄tate constituta, facultate condendi testamentum, excluderentur, patribus illorum, qui eos in potestate habebant, ipsis per pupillarem substitutionem testamentum scribendi, ius dederint.

de parte principali intuitu partis minus principalis dicendum, judicatur. Ex nexu illo naturali, qui inter patrem & filium est, GROTIUS (t) jus patris oppignorandi & vendendi filium deducit. Sunt, quæ Grotiano huic refragantur dogmati. Videntur parentes liberos oppignorantes & vendentes jure, quod in eos a natura habent, abuti, cum non sint, ob animæ præstantiam, in commercio, (u) & ob naturæ, quam cum parentibus eandem, creatoris beneficio, habent, æqualitatem, quoad substantiam sive speciem, extra absolutam eorum potestatem. Neque enim naturæ ductum ad id tendere dicunt, ut liberi vendantur, aut oppignorentur, sed ut alantur & educentur, eamque potestatem, quæ, ad hunc finem comparandum, non facit, a natura parentibus non esse datam: Verum enim vero, cum liberi ex parentum existentia & essentia esse suum trahant, & tanquam matrimonii fructus ad eos, quorum est matrimonium, spectent, parentibus etiam de fructibus illis & rebus, quæ fructuum sunt accessoria, disponendi facultas competit. Quænam hic sit HOBESII sententia, ex ejus Leviathanæ (x) adducere liceat: *Sin pactum nullum interveniat, inquit, dominium matris est, in condicione enim naturali, ubi leges matrimoniales nulle existant,*

(t) GROTIUS de J. B. & P. HB. I. C. V. §. III. FELDENVS in annotat. ad b. l. liberos parentum instrumenta dici posse, negat: Sed videtur omnino hæc locutio tolerari posse, quoniam parentes in liberos, in state immatura constitutos, intuitu actionum, quæ ab illis suscipiantur, ut causæ principales in instrumentales influunt.

(u) VAN DER MVELEN ad Grot. tom. II. p. 176  
C. XX.

stant, quis pater est, ignoratur, nisi indicante matre.  
A matris ergo arbitrio dependet dominum, ipsius ergo  
est. Rursus infans in potestate matris nascitur, ita ut  
penes illam sit, aut educare, aut exponere, aut interficere.  
Si ergo alat, matri vitam debet infans, & propterea illi  
pro omnibus aliis obedire obligatur. Si pater matris  
dominus sit, etiam infantis dominus est. Si haec recte  
esse habeant, FELDENI assertum (y) non omnino  
verum esse videtur: Romanorum potestatem in liberos  
a barbarie originem traxisse. (z)

## §. VI.

De substitutionis pupillaris divisione in puram  
& conditionatam haec VLPIANVS (a) tradit: *Qui*  
*liberis impuberibus substituit, aut pure, aut sub condicio-*  
*ne solet substituere. Pure sic, si filius meus intra pu-*  
*bertatem deceperit, Sejus heres esto, sive Sejus iste heres*  
*institutus sit, & impuberi substitutus, nullam habet con-*  
*ditionem, sive solum substitutus; sub conditione autem*  
*institutum si substitutus, id est, si mibi heres erit, non*  
*alias existit heres ex substitutione, nisi & ex institutio-*  
*ne heres fuerit; cui similis est & haec substitutio: Quis-*  
*quis mibi ex supra scriptis heres erit: Habet enim in se*  
*eandem (conditionem) similem superiori.*

## §. VII.

Alia adhuc est divisio substitutionis pupillaris, ut jam  
B 3 mo-

(y) In annotat. ad Grot. lib. II. C. V §. 7.

(z) HORNIUS de civitate lib. I. C. 1.

(a) Lib. IV. ad Sabinum l. 8. de vulg. & pupil. substit. PAVLVS  
lib. III. sentent. tit. IV. p. 347. apud SCHVLTING.

monitum, in expressam & tacitam. b) Alias etiam in materia substitutionis pupillaris unum casum sub alio non contineri, VLPIANVS (c) sequentibus tradit: *Si ita quis substituerit, si filius meus intra decimum annum deceperit, Sejus heres esto; deinde hic ante quartum decimum post decimum deceperit, magis est, ut non possit bonorum possessionem substitutus petere; non enim videtur in hunc casum substitutus.* (d) Nam posita in illo casu erat conditio, si intra decimum annum mortuus fuerit, qua conditione non impleta, substitutio corruerit. Et in talem casum institutionem fieri posse, ex l. potest de hered. Instit. apparer.

## §. VIII.

Pater liberis, quos in potestate habet, ut dictum, impuberibus pupillariter substituit. Ut autem substitutio illa subsistere queat, necesse est, ut pater non solum filio, sed & sibi testamentum condat: *Substitutus pater liberis non potest, nisi heredem sibi instituerit. Nam sine heredis institutione, nihil in testamento scriptum va-*

- 
- (b) Substitutio pupillaris tacita sub vulgari expressa continetur; nisi aliunde de contraria testatoris mente constet. Nam tunc cessat interpretatio; & casus omissus pro omisso habetur. l. 22. ff. soluto matrimonio, l. 10. ff. de liberis & posthumis. Vid. LOES. tit. de vulgari & pupill. subff. n. 16.
  - (c) Lib. XLI. ad Edictum l. 21. ff. de V. & P. S.
  - (d) Colligunt ex hoc textu & l. 10. de liber & posthumis non nulli doctores, casum impotentia casum voluntatis regulariter non includere. Vid. tamen BERGER in resolut. LATERB. lib. XXVIII. tit. VI. quest. 1.

let. (e) Cum his coincidunt quæ habet VLPIANVS  
 (f) *Quisquis autem impuberi testamentum facit, sibi quoque facere debet.* Ceterum soli filio non poterit, nisi forte miles. Pater sibi primo, secundo filio impuberi testamentum facit. Hæc substitutio secundi testamenti, secundarumve tabularum appellatione venit. (g) *Non autem convertendus ordo scripture,* & Julianus putat, prius sibi debere, deinde filio heredem scribere. Ceterum si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere, quæ sententia rescripto Imperatoris nostri, ad Virium Lupum Britannie Præsidem, comprobata est. (h) Sufficit

(e) MODESTINVS lib. II. Pandect. l. 1. §. 3. de V. & P. S.  
 (f) Lib. VI. ad SABINVM l. 2. §. 1. ff. de V. & P. S. LA-

BEO lib. 1. posteriorum a Favoleno epitomatorum l. 9. ff. codem  
 & GOVEANVS ad h. l.

(g) VIGLIVS ZVICHEMVS ad tit. de pupillari substitut. p. 210. Paterna autem tabulæ principales & primæ dicebantur l. 10. si primis ff. de stat. liber, l. 1. si plus quam per Falcid. Vid. BRISSON. in select. ex jur. civil. antiquitat. lib. III. c. 12. Hic concidit, nomen secundarum tabularum inde esse, quod veteres substitutionem pupillarem in inferiore testamēti parte, & in ima cera facere soliti fuerint. Non est nisi unum testamētum, licet duæ sint hereditates ALTESERRA de scit. juris tract. VII. partis II. c. 15. p. 116.

(h) L. 2. §. 4. de V. & P. S. Vid. GOVEANI sententia lib. 1. c. VIII. var. lect. jur. veritati conveniens, in lege illa pro *comprobata* legendum est *improbata*. Nam Vlpianus, ut ex ipsius textus verbis apparet, Juliani doctrinam refutare vult, & obinde ad imperatorum provocat rescriptum. Faciunt huc sequentia §. 5. *Sed si quis ita fuerit testatus, si filius meus intra decimum quartum annum deceperit, Sejus heres esto, deinde filius heres esto, valet substitutio, licet conversa scriptura filii testamentum fecerit Alexandri aliquorumque hujus antinomia, si vox comprobata retinetur, conciliatio à Goveano refellitur.* Hujus ini- quum

cit autem filium, ex communi doctorum sententia,  
tempore quo pater moritur, in hujus esse potestate.(i)

## §. IX.

Potest pater posthumis filiisque exheredatis, &  
avus nepotibus, qui non in patris recasuri sunt pote-  
statem (k) pupillariter substituere. Sed si extraneum  
quis impuberem heredem scriperit, poterit ei substi-  
tuere, si modo in locum nepotis eum adoptaverit, vel  
adrogaverit, filio præcedente. (l)

## §. X.

quum censorem agit R O B E R T V S I. *recept. 34.* Ex  
aliis namque juris textibus conflat, non scriptura, sed successio-  
nis ordinem hic spectandum esse. Add. EMANVEL ZOAN-  
REZ lib. I. *observat. c. 19.*

(i) Non tamen desunt VIGLIO ZVICHEMO l. c. p. 213. que  
contra hanc communem monet.

(k) Additur in textu: *Sed si eos patres præcedunt, ita demum sub-  
stitui eis potest, si heredes instituti sint, vel exhereditati, ita enim  
post legem Vellejam sucedendo, non rumpunt testamentum. Nam  
si principale ruptum fuerit testamentum, & pupillare evan-  
tium modo hac intelligenda sint verba, vide apud GOVEANVM  
p. 81.* Hic sequentem subiungit formulam: FILIVS HE-  
RES ESTO, SI FILIVS ME VIVO SVVS HERES  
ESSE DESINAT, TVM QVI MIHI EX EO NE-  
POS EST, HAERES ESTO, SI NEPOS HERES  
ERIT, ET IN PVBERTATE DECESSERIT, SE-  
JVS HERES ESTO. Quid de formula Galli Aquilii, quam  
plerique tantum ad pupillarem substitutionem spectare dicunt,  
censendum sit, vide apud ANTON. FABR. *conject. lib. IX.  
c. II. & FRANZKIVM disputation. II. membr. 2. sect. s. ad  
L. Gall.*

(l) Particula modo indicat, quod extraneus eo tempore, quo sub-  
stituitur, adoptatus fuerit, COVARVVIAS adc. RAYNV-  
TIVS §. s. n. 5. tom. I. Opp. p. 73. FORCATVLVS no-  
cyonant jurisp. dialogo XXXI. LANCELOTVS du fu-  
pillari substit. n. 25.

## §. X. q. s. r. i. c. m. i. n. o. u. p.

Quod apud Romanos filio impuberi pater testamentum scribere posset, favorabilibus accensebatur, nascituri autem in rebus, quæ ad eorum spectabant favorem, jam tunc natis comparabantur. (m) Deinde patria etiam potestas se ad illum qui erat in utero, potissimum in matrimonii, per conventionem in manum mariti, extendebat. Quod autem PAVLVS (n) affirmat, nasciturum non posse dici, in morientis potestate fuisse, ad collationem, quippe quæ odiosa est, restringi debet. Verum itaque etiam est intuitu substitutionis pupillaris, quod PAVLVS habet. (o) Etenim docens: Rationem naturalem, quasi legem quandam tacitam liberis parentum addicere hereditatem veluti ad debitam successionem eos vocando, propter quod, in jure civili suorum heredum nomen eis inditum est, ac ne judicio quidem parentis, nisi meritis de causis ea successione eos summoveri posse, aequissimum existimatum esse, eo quoque casu, quo propter paenam parentis aufert damnatio, rationem habere liberorum, ne alieno admisso, graviorem paenam fuerent, quos nulla contingens culpa, dubium removere voluit, an etiam hoc ad illos, qui in utero materno sunt, pertineat; cum in utero existentes, ut non entia nullo gaudere videantur jure: Sed Paulus hoc a vero abhorre censuit,

quo-

(m) I. 7. 26. ff. de statu hominum I. 39. §. 1. ff. de A. vel O. H.

(n) Lib. XLI. ad Edictum I. 12. de collatione bonorum.

(o) Lib. singular. de portionibus, que liberis damnatorum conceduntur. JANVS a COSTA ad tit. I. §. 4. de P. S. ubi pro Paulo ponitur Vlpianus.

C

quoniam foetus a primo conceptionis momento in utero materno vivere censetur, quamdiu autem inter mortales non comparent, personam eorum sustinet res publica. (p)

## §. XI.

Qua ratione pater exheredatis pupillariter substituere potuerit, non æque in apricō est; exheredati enim sunt quasi civiliter mortui, mortuis autem non substituitur: Verum huic fictioni in substitutione pupillari locus non fuit datus, sed exheredatis quoque tali modo substitui posse, traditum est. (q) Neque enim exheredatione Jus suitatis tollitur. Hoc inde quoque colligi potest, quod pater etiam filii exheredatis tutorem dare queat. (r) Non autem a patre datur tutor, nisi suis. (s)

## §. XII.

(p) GROTIUS lib. II. c. IV. §. 10.

(q) MODESTINVS lib. II. Pandect. l. 10. §. 2. de V. & P. S. VLPIANVS lib. IV. ad Sabinum l. 10. ff. eodem. SCÆVOLA lib. II. respons. l. 47. ff. eodem. J. §. 4. de pupill. substitut. Cum autem testamentum, in quo filii exheredatio sine causa, aut præterito est facta, nullum est, etiam substitutio pupillaris, in eo facta, nulla est. LANCELOTVS de substitut. p. 484. Quodsi vero filio rite quidem sed inique exheredato pupillari ter substitutum, substitutio subsistit, quia pater inique agens, pater esse non definit.

(r) L. 26. §. ult. L. 3. de test. tut. REIN. R. F. BACHOV. disputat. miscell. c. XX. p. 219. Hic putat, tutorem exheredati confirmatione non indigere: Verum HOTTO MANNVS lib. VI. observat. s. non videtur sine ratione dissentire. Legitur enim l. 26. §. ult. de testam. tutela propter item inofficio testamenti ordinandam exheredato filio, cui tutorem pater (jure) dedit. Hic tantum inquisitione non erat opus.

(s) L. 73. de R. I. Hac regula Muciana non tantum de iis, qui tem:

## §. XII.

Emancipatis pupillariter non potest substitui, cum causa pupillaris substitutionis hic deficiat. (t) Dicunt autem valere hanc substitutionem, si fiat per modum fideicommissi, testamento, in quo facta, clausula codicillari muniro.

## §. XIII.

Matrem filio pupillariter substituere non posse, constat. Non enim filium in potestate habet. (u) Neque ex Africano (x) contrarium colligi potest. Hic enim non de pupilli, sed vulgari matris substitutione loquitur. Dicuntur autem matris testamentum pupillares tabulæ, quod in casum mortis impuberis filii fiunt, antequam in suam tutelam venerit. (y) Matris substitutionem pupillarem in testamento, cui clausula codicillaris est adjecta, subsistere affirmant, atque provocant ad SCÆVOLAM. (z) Non qui-

C 2

dem

tempore nativitatis sui sunt, sed & de illis, qui in locum suum, his premortuis, succedunt. X. 10. §. ff. qui ff. de test. tut. Vid. GODOFREDVS ad l. citatam.

- (t) Extraneorum enim jure censentur l. quin etiam de ritu nups. ALTESERRA de sif. juris tract. I.c. XI.
- (u) §. Feminae Inslit. de adoptionibus.
- (x) Lib. II. queſ. L. 33. ff. de vulgari & pupill. substitut.
- (y) CVJACIVS ad Africatum tract. II. p. 374. GOVEAN. de vulg. & pup. substit. p. 118. VIGLIVS in tit. de pupill. substit. p. 213. LANCELOTVS de substit. p. 460. INTRIGLIOLVS de substit. cent. I. queſ. 66. p. 88. Nec necesse est, ut cum Zasio dicamus, in citato textu legendum: Si pater.
- (z) Lib. XIX. digeſt. l. 76. ff. ad Sct. Trebell. Vid. VAUDVS lib. II. variar. queſt. c. XII. p. 243. seqq. & VACONIVS A VACUNA lib. IV. declarat. 64. n. 20.

dem JCtus hic de matre pupillariter substituente agit, sed de patre, qui scripto filio ex aſſe herede in codicillis substituit: Additur tamen, pro conservanda substitutione, quæ inutilis videtur, cum in codicillis substitui nequeat: *Tamen benigna interpretatione placet, ut mater quæ ab intestato pupillis successit, substitutis fiduciocommissō obligetur, quodſi invicem fuerint substituti, & in fiduciocommissō substitutionem valere.* Colligunt inde in favorem ultimarum voluntatum, ex benigna interpretatione, quæ ubique præferenda, nisi lex expressa obſtet, pupillarem a matre factam substitutionem in vim fiduciocommissi valere. (a) Interim negari non potest, legem SCÆVOLA singularem plane complecti casum, ubi substitutio pupillaris, quæ non potuit valere ut substitutio, benigna interpretatione, ut fiduciocommissum pupillare valet.

## §. XIV.

Quæritur, si mater ex statuto filios habet in potestate, an illis pupillariter substituere possit? BALDVS (b) negativæ locum esse, afferit, nisi statuto exprimatur. (c) Alexander Baldiani dogmatis rationem esse censet, quod jus correctiorum sit stricte interpretandum, pro contraria autem sententia pugnat, quod vocabulum quis (d) in *I. antiqua tam musculum,* quam foeminam complectitur. Socinus cum Alexander eandem fovens opinionem, a substitutione exemplari, quippe quæ matri competit, licet difficilis con-

(a) JACOB. OTTO in medulla substitut. them. III. p. 334.

(b) In leg. precib.

(c) Tale statutum est in reformat. Francof. part. IV. §. 4. §. 5.

(d) L. I. de V. S.

concedatur, (e) argumentatur. LANCELOTVS (f)  
INTRIGLIOLVS, (g) ZASIVS (h) Baldum sequun-  
tur, nullam aliam opinionis suæ rationem assignantes,  
quam quod ejus autoritati multum sit tribuendum,  
& quod matri solidum desir liberis suis prospiciendi  
consilium. Verum & Baldi doctrinæ sæpe aliquid  
humani patiuntur (i) & pupillaris substitutionis cau-  
sa patria censetur esse potestas, quæ, cum matri, quo-  
ad effectus, tributa, illi etiam substitutione pupillaris non  
videtur admota. Melius consilium in patre non sem-  
per occurrit, & mater amore in liberos patrem ple-  
rumque superat, quod etiam ipsi fatentur adversarii.  
Singulare dici non potest, quod communem ex statu-  
to habet causam.

## §. XV.

Quæritur, an in concursu conjuncti cum substi-  
tuto hic illi, an ille huic præferatur? JVLIANVS  
(k) conjunctum præfert, quoniam ea voluntas patris-  
familias esse videatur ut tertio gradu scriptos heredes  
ita demum substituerit, si tota hereditas vacasset, i. e.  
si nullus adesset conjunctus. Nexus enim conjunc-  
tionis fortior est substitutionis vinculo. Nam inter  
conjunctos jus æqualitatis, inter institutum & substi-  
tutum jus vicariæ successionis obtinet.

## C 3

## §. XVI.

(e) *L. ex facto ff. de V. & P.S.*(f) *De subst. p. 464.*(g) *Cent. I. quæst. 66. p. 89.*(h) *Var. iuri. civil. tractat. p. 591. seqq.*(i) PANZIROLLVS *de claris legum interpretibus. L. II. c. 10.*GRAVINNA *de origine iuri. civ. c. 165.*(k) *Lab. XXVIII. Digest. l. 30. ff. de V. & P.S.*

## §. XVI.

Ceteroquin negari non potest, magnum substitutionis pupillaris in jure nostro esse favorem. Id ex JVLIANO (1) patet. Ille enim docet ex sententia prudentum: *Si filio substitutio ita facta: Quisquis mihi ex supra scriptis heres erit, idem filio heres esto, sufficere, ut substitutus quandoque heres fuerit, nec esse necesse, ut tempore mortis pupilli heres sit.* Alter autem se res habet, si quis cum filios duos haberet, Gajum puberem, Lucium impuberem, ita filio substituisset: *Si Lucius filius meus impubes decesserit, neque mihi Gajus filius erit, tum Sejus heres esto.* Nam ita prudentes hoc interpretati sunt, ut ad impuberis mortem conditio substitutionis esset referenda. Differentia, inter diversas horum casuum decisiones, cum Baldo in eo videtur quærenda, quod in hoc casu agatur de exclusione, si conditio impleatur, jus autem exclusivum est stricte interpretandum: In altero autem de jure inclusivo, quod ob favorem relativum, latam requirit interpretationem,

## §. XVII.

Quæritur, si pater testamentum condit, & in eo filiorum impuberum illi, qui supremus moritur, substituit, an utroque eodem tempore mortuo bona ad substitutum pervenire debeant? Et respondet AFRICANVS

(1) *Lib. singul. de ambiguitatibus l. 31. ff. de V. & P. S. GOVEANVS ad l. 31. de V. & P. S. ALCIATVS tom. V. EMAN. COSTA lib. I. select. c. II. GILBERTVS REGIVS Lsb. I. itarrwō, c. 20.*

CANVS (m) affirmative, quia supremus non is demum, qui post aliquem, sed etiam post quem nemo, est. Illustrat JCTus hanc doctrinam argumento a contrario, quum proximus non solum is, qui ante aliquem, sed etiam ante quem nemo sit, intelligatur.

### §. XVIII.

Alius ab AFRICANO (n) proponitur casus; nimirum quando pater sibi heredes scribit Titum & filium impuberem, & Titio substituit Mevium, filio autem, quisquis sibi heres esset. Contingit, jam Titum hereditatem repudiare, & Mevium eam adire, quaeritur itaque, an filio mortuo impuberi Mevius succedat? Dubium quod hic pro negativa sententia suboriri posset, est, quod si testator voluisset, Mevium etiam filio impuberi succedere debere, eum haud dubie Mevium non solum Titio, sed & filio impuberi substituisse; cum autem hoc factum non fuerit, videtur voluisse, ut filii impuberis hereditas, non nisi mediante Titio, ad Mevium pervenire debeat: Verum cum nemo ex parte testatus & intestatus decidere possit, & pater, quem filio heredem scribit, & siuum esse jubere debet heredem; haud dubie, quem Titio dedit substitutum, etiam filio impuberi substitutum esse voluit. Atque ita recte AFRICANVS putat, magis soli Mevio ex substitutione deferri pupilli hereditatem, qui patris quoque hereditatem adierat.

### §. XIX.

(m) L.IV. quas. l.34. ff. de V. & P.S. Addo que TRYPHONIVS  
Lib. XXIV. Digest. l.9. de rebus dubiis habet.

(n) Ibidem.

## §. XIX.

Quum filio emancipato nemo directo pupillari-  
ter substituere possit, ille qui vult, ut sua bona ad du-  
os quos habet nepotes impuberis, quorum unus e-  
mancipatus, alter in potestate est, ex æquis partibus  
hereditas perveniat, & si quis ex iis impubes denasca-  
tur, ut quem in potestate habet, solum initiat heredem,  
& ab eo alteri dimidiā partem hereditatis,  
*cum in suam tutelam venisset*, legaret, & illi, qui in sua  
effet potestate, si impubes décederet, alterum nepo-  
tem substitueret, teste JAVOLENO (o) Labeo (p)  
Ofilius, Cascallius, Trebatius consuluerunt.

## §. XX.

Apud Romanos, pupillarem ætatem ex substitu-  
tione vitæ periculis obnoxiam fuisse, extra ambiguum  
ponendum.

*pupillumve utinam, quem proximus heres  
impello, expungam &c.*

Sunt

(o) *Lib. I. ex posterioribus Labeanis L. 39. ff. de vulg. § pupillar<sup>i</sup> substitutione.*

(p) ANTISTIVS LABEO Proculianæ seu Pegasiana scholæ princeps, Atejum Capitonem, scholæ Sabinianæ seu Caffina autorem, habuit æmulum. Labeonis præceptor fuit TREBATIVS TESTA. Hic ab aliquibus minus recte Epicureæ sc̄tæ adscribitur EVERARD OTTO *in notis ad orat. de stoica veter. philosophia p. 251.* AVLVS OFILIVS Servii auditor Trebatio & Cascallio doctior dicitur. POMPON. *in enchyrid. §. 25.* MENAGIVS *in amanit. juris civilis,* & BRVNQVELL *in H. f. part. I. c. X. §. 24.* Add. RVTI-LIVM, BERTRANDVM & GVLIELM. GROZIVM *in vitis illorum & cotorum.*

Sunt PERSII verba. (q) HORATIVS (r) hanc  
in rem canit:

*Arrepe officiosus: ut & scribare secundus  
Heres, &, si quis casus puerum egerit orco  
In vacuum venias perraro hac alea fallit.*

Galba in coercendis delictis rigidior (s) tutorem,  
quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno ne-  
casset, cruce afficit, implorantique leges, & civem  
Ro-

(q) *Satyr II. p. 162.* FRISCHLINVS in paraphraſi hujs fa-  
tyræ notat, poetam inhonestæ & illicita a diis potentes repre-  
hendere, & inter inhonestas illas & tacitas preces ponere:  
*Utinam pupillum, qui in testamento me prior heres constitutus  
esset, & quem ego proximus inseguor, pulchre expungere, & quo-  
quo modo nomen ejus e tabulis eradere, vel ipsum e medio pos-  
sim rotare.* CICERO pro Cluentio incmorat, Mileſiam quan-  
dam, accepta a secundis heredibus pecunia, abortum sibi procu-  
rantem, rei capitalis esse damnatam. TRYPHONIVS lib. 10.  
*Digest. l. 39. ff. de panis.*

(r) *Llib. II. Satyra V.* in qua, sub persona Vlyffis, Tiresiæ umbram  
apud inferos consulentes, infidiatores & captatores testamento-  
rum describit. PAVLVS imperialium sentent. Llib. I. seu de-  
cret. II. refert: *Julium Phæbūm, testamento factō, cum tres li-  
beros heredes instituerit, Phæbūm & Heracliam ex eadem ma-  
tre, Polycratem ex alia, aquis portionibus. Petuit a Polycrate  
minore fratre, ut, accepto certo predio, hereditatem fratri con-  
cederet, & invicem eorū, qui ex eadem matre erant, si qui eo-  
rum heres non fuissent, substituerat: Polycratī si intra puber-  
tatem deceperit, secundas tabulas facit, quas matri ejus condem-  
nit, aperiendas, si impubes obiserit.* I. ult. ad SCt. Trebell. A-  
pud PAPINIANVM lib. VIII. respons. l. 27. de legatis. II. le-  
gitur: *Mando filie meae pro salute ipsius sollicitus, ut quod li-  
beros tollat, testamentum non faciat. Ita enim sine periculo  
potest vivere.* JAN. A COSTA ad tit. I. de pupill. sub-  
sistit. §. 3.

(s) SVETONIVS in vita Galbae C. IX.

Romanum se testificanti, quasi solatio & honore aliquo poenam levaturus, mutari, multoque, præter ceteras, altiorem & dealbatam statui crucem jussit.

### §. XXI.

Quum itaque sæpe contigerit, ut is, qui filio suo pupillariter substitutum dederit, in summum perverserit timorem, ne, qui pupillo substitutus esset, ubi novisset, post mortem patris se ipsi substitutum datum, pupillo insidias comparaverit; est enim impubes ob ætatis brevia tempora insidiis admodum obnoxius (t) Suasit Caius (u) & ex eo Imperator (x) ut pupillaris substitutio in extrema testamenti pagina (y) fiat, & ut

(t) THEOPHILVS *in paraphrasi lib. II. I. tit. 16.*

(u) *Lib. II. tit. 4. p. 17. apud SCHVLTING. §. 3.*

(x) *J. §. 3. de pupillari substitut.*

(y) Puram etiam dicebant ceram. SVETONIVS in *Julio Cesare C. 83.* & TORRENTINVS in *notis p. 102. Adversus falsarios tunc primum repertum,* inquit SVETON. in *Nerone C. 17.* ut tabula nisi periusa ac ter lino per foramina trajeccio obsignarentur, cautum, ut in testamentis due prima cera, testatorum nudo nomine inscripto, vacua signaturis ostenderentur, ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. CASAVBONVS eum CVJACIO contendit, in hoc SVETONII loco *ima* due cera legendum esse: Verum a BROEO ad ff. 3. f. de pupill. substit. refutantur. Adde SCHVLTING. in *juri prudentia Antejustiniæa p. 12.* Primæ ceræ HORAT. lib. II. satyr. V. mentionem facit. Penes Romanos ceris non solum epistolæ, sed & testamenta aliqua consignanda committebantur. Vid. TROZ. ad HERMAN. HVG. de prima scribendi origine p. 82. 83. Lib. I. autem epistola 2. PLINII plena cera non leguntur. An JVVENALIS satyr. I. vers. 63.

*Nonne libet medio ceras implere capaces*

ad

ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est,  
quamdiu pupillus annos pubertatis non egrediatur,  
obsi-

ad testamentum oculos intendat, penes aliquos in dubio est:  
Verum quæ mox sequuntur;

*Signator, falso qui se lautum atque beatum*

*Exquis tabulis & gemma fecerat uda*

hanc removent dubitationem. *Enim vero agit ibi dictus poeta de testamentorum corruptoribus, quorum illustre exemplum in Regulo PLINIVS lib. II. epis. 20. enarrat. Notatu digna sunt, quæ habet idem autor lib. XIII. bishor. natural. c. XI. p. 325.* Et hanc (papyrus) Alexandri Magni victoria repertam (in frequentiori usu esse coepit) *autor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria. Antea non fuisse chartarum, in palmarum foliis primo scriptitatum, usum. Deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbis voluminibus, mox & privata linteis confici coepit, aut ceris. Pugillarium enim usum fuisse etiam ante Trojana tempora, invenimus apud Homerum. PLINIVS hand dubie respexit ad hunc Iliad. lib. V. verbum.*

*Scribens in tabella plicata exitia lia multa.*

Pugillares olim dicti fuerunt, inquit DALECAMPIVS ad PLIN. lib. XIII. c. XI. *Duplices triples, quintuples, a numero foliorum cirrei, buxei, eburne, membranacei a materia; luti, virides, crocei, purpurei a colore.* Vid. Chron. Gottwic. lib. I. p. 12. An veritatem consentaneum sit, Ictos ceras tabulasque plerumque coniunxit, & per tabulas scripturam studiosius elaborata intellexisse, per ceras pugillares in quos tumultuarie omnia conjiciebantur, aliis investigandum relinquimus. Affirmantes ad VLPANI tit. XX. regular. p. 629. apud SCHVLTING. & MARCELLVM, (MARCIANVM) lib. XIV. In�it. provocant. L. 1. §. 4 ad L. C. de falsis, ubi monente BYNKERSHOECKIO lib. III. obseruat. Roman. c. 21. p. 312. pro cereis legendum ceris. Supra notatum, testamenta tabulas primas & imas dictas ceras, & VOPI-SCVS in Aurelianico cera oblitas tabulas, in quibus ferreo stylo, deinde ossa cuspide scribebatur, ceras vocat. MABILLON.

obsignata<sup>(z)</sup> permaneat, & prior pars testamenti, (a)  
in qua heres scriptus est, referetur.

§.XXII.

*in suppl. ad rem diplom. c. XI. §. 8.* Jam vero dici non potest, quod testamenta omnia, quæ tanta apud Romanos religione condebantur, tumultuaria continuerint, & tumultuarie fuerint compoita. Neque enim illud ex PLINII epistola V. lib. VI. tuto colligi potest. Etenim ibi tantum legitur: *Nam Celsus nepoti ex libello respondit, & Celsus nepos ex pugillaribus. Porro observandum, tabularum vocem in genere omnem materiam, in qua aliquid notabatur, five ligneæ, five cujuscunque alterius materie fuerint, five chartæ, five membranæ vel ex corio alicuius animalis, denotasse. I. i. ff. pr. de bonorum possess. secundum tabulari.* Interim satendum, pugillares & ceras Romanis nonnunquam miscellaneariorum, five adversorum volumen, in quo aliquid enotabant, significasse. PLINIVS *in epistola ad Cornelium Tacitum de tribus apiris, quos in vegetatione cooperat, eum certiore faciens, addit:* *Erant in proximo non venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares, meditarib[us] aliquid enotabantque, ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.* Idem lib. VII. epist. XXVII. de Athenodoro philosopho, Athenis in domo, ab inhabitantibus vacua, nocturno tempore, in prima domus parte, tuis omnibus in interiora diffisis, idolon five spectrum expectante, tradit: *Illum poposcisse pugillares, stylum, lumen, & ad scribendum animum, oculos, manum intendisse - - ceris & stylo incubuisse.*

(z) Veteres ad tabulas obsignandas linum adhibebant. Phenicium Calidoro amatori suo, per ceram & linum litterarque interpres salutem mittit. Vid. PLAVENT. Hic in Bacchide: *Efer citu stylum ceras & tabellaris & linum - - cedo tu ceram ac linum, ac tutum age, obliga, ubi signa cito.* Conf. BROEVS ad §. 3. I. de P. S. & chronic. Gottwicensis lib. I. p. n. MABILLON. annal. Benedict. lib. LVI. p. 352. Modum obfigiandi tradit PAVLVS lib. V. sentent. §. 6. p. 517. Hunc modum Neronis tempore repertum, aut frequentius adhibitum, ex SVENTONIO docent OISEL ad CAJIVM p. 112. apud SCHVLTING. & CVJACIVS ad §. 3. J. de P. S.

(a) Si pater, ne pupillares tabula aperirentur, jubere neglexerat;

non

## §. XXII.

Inter pupillaris substitutionis effectus refertur, quod substitutio pupillaris ad omnia pupilli bona, etiam quæ aliunde ei obvenerint, pertrahatur. (b) Exceptio est in adrogato impubere; tunc enim pupillariter substitutus nihil accipit, præter ea, quæ impuberi adrogator dedit (c). Alia in milite est exceptio, qui substituit hac mente, ut ea sola velit ad substitutum pertinere, quæ a se ad heredem pervenient. Tertia denique a TERENTIO CLEMENTE (d) affertur.

## §. XXIII.

non tamen, nisi causa cognita, a prætore aperiri potuerunt. *I. pupillares D. quemadmodum testam. aper.* Conjunctum plerumque paternas & pupillares tabulas signatas, & patris tabulas signatas sufficisse, licet pupillares resignatæ fuerint, ex *I. patris ff. de V. & P.S. & I. ut bonorum D. de bonor. poss. BRISSON. selec. ex jur. civil. antiquitar. lib. III. c. 12. affirmat.*

(b) *VLPIANVS lib. VIII. ad Sabinum l. 10. §. 5. de vulg. & pupill. substitut.*

(c) *§. 5. l. 10. Oritur hic quæstio, an si pater naturalis pupillariter substituerit, & filio deinde arrogato, impuberi arrogator pupillare etiam scripsiter testamentum, an patris naturalis pupillaris evanescat substitutio. Hoc affirmandum ceafero, quoniam testamentum etiam per minimam testatoris capitii diminutionem irritum fit. §. 5. f. quibus modis testam: jam vero singitur, ac si per patrem filium imputes testamentum condat. Hoc itaque per arrogationem capite minuto, pupillares tabule, quas pater naturalis ipsi compoñuerat, secundum illam juris analogiam, corrunt. Neque pater naturalis legi contrariam clausulam sua dispositioni inserere potuit. Id tamen LANCELLO-TO POLITO concedimus, a legislatore constitui potuisse, ut etiam pater naturalis impuberi testamentum, quod ad omnia trahitur bona, fecerit, secundas tabulas arrogatori scribere non fore licitum.*

(d) *Lib. IV. ad Legem Julian & Papiam ZOARES. lib. I. ob- D 3 serv.*

## §. XXIII.

Pupillaris substitutionis effectibus etiam accen-  
setur, quod impuberis filii mater testamentum inof-  
ficiosum dicere nequeat, quia pater ei hoc fecit. (e)  
Idem jure Canonico constitutum. (f) Ex æquitate  
tamen

- serv. c. 40. CVJACIVS lib. IX. c. 17.* Hic habemus exemplum de uxore, quæ ex mariti testamento solidum capere non potest, ex testamento filii potest. GOTHOFRED. Nihil autem aliud TERENTIVS CLEMENS innuit, quam quod, ex Juliani doctrina, pupillariter substitutus ex bonis pupilli solidum capere possit, licet hoc ad bona, quæ testatoris fuerint, non spectet, si propter legis prohibitionem, ex bonis testatoris solidum capere non potuerit. Exemplum eorum, qui solidum capere non possunt vid. in l. 2. C. de natural. liberis. Illustrant quodammodo Terentii Clementis dicta l. 67. ad L. F. & l. 62. de condit. Et demonstrat, quæ ex eodem Clementis libro sunt. Apparet itaque, quod pupillus hoc modo ex parte testatus & intestatus decedat. Vid. LANCELLOTVS p. 203. Quærunt; an pupillo de bonis, in quibus pupillariter substitutum habet, aliquid alienare licitum sit? Vbi affirmatiæ subscribendum esse sententiæ reor, modo circa alienationem legitime processum sit.
- (e) VLPIANVS lib. 14. ad Edictum l. 8. §. 5. ff. de inofficio te-  
stamento. ALTHVSIVS dicaolog. lib. i. c. 48. p. 175.
- (f) FACHINEVS controver. jur. civil. lib. IV. c. 42. Hic Menochium, qui lib. IV. de præsumt. c. 38. jure ci-  
vili matrem a legitima per pupillariter substitutum non exclu-  
di, arbitratur, refutat. Fateor Menochii argumenta non æque  
magni esse pretii. Nam major propositio ejus argumenti: Qui  
per se aliquid non potest facere, non potest per alium, claudi-  
cat. Minor non potest per se stare in judicio, potest tamen  
per alium. Sic illustris civiliter non potest agere per se, secus  
per procuratorem l. 25. C. de procuratoribus. Matri legitima  
non debetur, nisi filius habeat, unde illam matri constituere  
possit: Ast de quo pater, secundum legis dispositionem pupil-  
lariter substituens disponit, ad filium non pervenit, itaque ex eo

31

tamen matri legitimam deberi, in primis si est substitutio pupillaris tacita, censent. (g) FACHINEVS  
(h) cum aliis ab hac discedit sententia, contendens, id quod juri civili & canonico est consentaneum, illud etiam æquius esse: Verum aliud est rigor juris, aliud æquitas. Ipse Fachineus fatetur, rationem quandam naturalem suadere, ut ad matrem filii perveniat successio, suadebit itaque etiam ratio quædam naturalis, ut ad eam legitima perveniat; in primis si mater est inops. Nec huic autori concedendum videtur, quod sua sententia sit communior, cum contraria, teste Jano a Costa, quem supra citavimus, in foro sit recepta.

#### §. XXIV.

Ad censem denique pupillaris substitutionis effectuum pertinet, quod substitutus substituti pupillariter, etiam sit substitutus instituti. Viderur huic obstat, quod si quis, habens filium & filiam impuberes, filio instituto filiam exheredatam pupillariter substituit, atque filiæ, si, antequam matrimonium contraheret, denasceretur, uxorem & sororem; mor-

tua

eo etiam matri legitimam non potest debere. Quod autem, ad legem *Papinianus* responsurus negat, querelam in officio & legitimam se invicem ponere & tollere, a veritate abhorret. Nam posita legitima, tollitur sive deficit in officio testamenti querela, & posita in officio querela, tollitur aut deficit legitima.  
(g) *Provocat ad c. i. ult. 17. quæst. 14. ff. de inoff. testam.* Vid. ALCIATVS de quinque ped. præscript. TRENTACINQVIVS de subf. part. 2. C. 16. n. 5. Saxones matri legitimam, sive sit substitutio pupillaris expressa, sive tacita, permittunt.  
(h) *Controvers. jur. civil. lib. IV. c. 42. LANCELOTVS p. 504.*

tua deinde filia pubere ante filium, & filius deinde impubes decederet, uxor & soror pro substitutis instituti non sint habendæ: Verum respondent doctores, in hoc casu substitutum non esse substitutum instituti, quia filia pubes deceffit. LANCELOTVS (i) autem respondet: Substitutionis pupillaris spem minime ad substitutos transmitti.

### §. XV.

Inter modos (k) quibus substitutione pupillaris expirat, ætas est. Quod si enim masculi quatuordecim & feminæ duodecim annos superarunt, pupillaris evanescit substitutione. Hæc PAPINIANI (l) sunt: *Verbis civilibus substitutionem post decimum quartum annum atavis frustra fieri convenit, sed qui non admittitur ut substitutus, ut adjectus heres (m) quandoque non erit; ne fiat contra voluntatem, si filius non habeat totum, interim quod ei testamento pater dedit.* Casum, hue spectantem, idem JCTUS sequentem habet. (n) *Cum pater impuberi filie, quæ novissime diem suum obiisset, tabulas secundas fecisset, & impubes filia, superstite sorore pubere, vita deceffisset, irritam factam esse substitutionem, placuit: In persona quidem prioris, quia novissime*

(i) *De substitutis p. 506.* Hic, nec non VIGLIUS de aliis pupillaris substitutionis effectibus fuit consulendi.

(k) LANCELOTVS *de substitutis. p. 513, seqq.* VIGLIUS *de pupillari substitutis. p. 242.*

(l) *Lib. VI. respōns. l. 7. de V. & P. S.*

(m) Substitutus ab herede adjecto differt *l. 7. §. ult. d. de hereditate.* Nam adjectus coheres est, non autem substitutus FABROTTVS *ad parat.* CVJAC. *lib. VI. tit. 26.*

(n) *Eodem lib. l. 49. ff. de manumiss. test.*

\*) 33 (\*)

me deceſſit, in alterius vero, quia puberem etatem complevit. Papiniano accedit POMPONIVS (o) in pupillari, inquiens, ſubſtitutione licet longius tempus comprehenſum fuerit, tamen finietur ſubſtitutio pubertate. An pagani ſubſtitutio compendioſa, inprimis ſi in teſtamento clauſula codicilliari munito fiat, ultra annos impubertatis, per modum fideicommissi valeat? eſt in controverſia. (p) Permulti ſunt, qui negant (q) alii autem affirmant. (r) Negantes afferunt, nullum exſtare juris textum, ex quo appetat, pupillarem ſubſtitutionem, non addito fideicommiſſo, iſtar fideicommissi valere, ſi ſubſtitutio illa etatem pupillarem ſuperat. Nec argumentum alicujus pretii eſt: Pagani ſubſtitutio verbiſ civilibus, id eſt, vulgaribus & directis, facta non procedit; ergo ea per modum fidei-

(o) Lib. II. ad Sabinum l. 14. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitu-  
tione.

(p) MANTICA de conject. ultim. volunt. lib. VII. tit. 3. n. 5. 6.  
ALEXANDER TRENTACINQVIUS de ſubſtitut. part. IV. c. 9. VASQVIVS de ſuccēſſ. lib. II. Conciliandi ratio, quam LASIVS de ſubſtit. compend. C. 5. afferit, BACHOVIO V. II. p. 645. diſplicet.

(q) CVJACIVS n. obſervat. 25. & XII. obſervat. 27. GOVEANVS ad 1. 7. de V. & P. S. ANTON. FABER lib. XV. conject. 12. CONAN. X. comment. 8. VAUDVS lib. II. queſt. 12.

(r) DONELL. VI. comment. 25. BALDVIN. in §. final. J. de P. S. JASON. de pupill. ſubſtit. FORCAT. dialog. 25. Vid. BACHOV. ad TREVTL. vol. II. p. 645. Hic minus recte affirmantum classi jungit FACHINEVM controv. jur. lib. IV. c. 44. Nam hic expreſſe l. c. ait: Ego cum ſententiam amplector, qua ſubſtitutionem, qua de agitur, ad fidei commiſſum trahi poſſe, negat, utique auctore etiam hac in re Cujacio.

E

fideicommissi valebit. Talis extensio juris analogiae repugnat. SCÆVOLA (s) inquit: *Mater filios heredes scripscrat & adjecit: Prædia, quæ ad eos ex bonis meis per ventura sunt, nulla ex causa ab alienent, sed conservent successioni sua, deque ea re invicem sibi caverint.* Ex his verbis que stium est, an prædia per fideicommissum relicta videantur. Respondit, nihil de fideicommisso proponi. Addunt: Militibus privilegium datum, ut ultra annos impubertatis pupillariter substituere queant, igitur regula est, hoc paganis non liceat. Atque hanc sententiam ex juris Romani dispositione, veriorem puto, argumentorum, quæ pro doctrina, quod pagani substitutione pupillaris, ultra annos impubertatis facta, fideicommissi naturam induat, vim, per ea quæ FACHINEVS (t) habet, vacillantem videns. Nam non sequitur sunt exempla, in quibus directa aliquando ad fideicommissum trahitur, igitur illud in hoc etiam casu fieri debet. Deinde causus quem habet SCÆVOLA (u) est singularis, & de substitutione pupillari, tempus legale excedente non agit, sed de substitutione filii vulgari, pupillarem tacite includente, quæ in codicillis facta est. *Licet substitutio hæc inutilis sit, quia codicillis hereditas neque dari, neque adimi potest; tamen benigna interpretatione placet, ut mater, quæ ab intestato pupillo successit, substitutis fideicommisso obligetur.*

§.xvi.

(s) Lib. XIX. Digest. l. 38. ff. de legat. 8.

(t) Controv. jur. civil. l. c.

(u) Lib. XIX. Digest. l. 78. ad Sct. Trebell. Vid. VAUDVS lib. II. quæst. 12.

§. XVI.

Adjiciam, quæ hanc in rem VIGLIVS ZVICHE-  
MVS (x) clausulæ codicillari in compendiosa substi-  
tutione vim translativam in fideicommissum dero-  
gans, loquitur. Etenim, inquit, *tunc directa in codi-  
cillis facta, in fideicommissum transit, cum in testamen-  
to directo valere potuit: veluti cum pupillaris fuit, ut  
Seçvola loquitur, at si compendiosa fuerit, directis ver-  
bis tempora pubertatis egrediens, non posse defendi ar-  
bitror, ut & tunc ad fideicommissum ob codicillos, ver-  
ba trahantur, cum nec in testamento illa verba, aliquid  
operari, potuerint.* Hic autor existimat, cum substitu-  
tio compendiosa a pagano in codicillis facta sit inva-  
lida, ita ut nec in modum fideicommissi valere possit,  
clausulam codicillarem, testamento adjectam, multo  
minus substitutioni pupillari, ad ulterius, quam impu-  
bertatis tempus factæ, fideicommissi naturam inducere  
posse. PAPINIANVS (y) ait: *Post quartum deci-  
mum substitutionem pupillarem frustra fieri.* Si au-  
tem verba substitutionis illius, in eum effectum, per  
clausulam codicillarem, obliquari (z) possent, ut fidei-  
commisso rationem induerent, substitutio illa frustra  
non fieret. Sed alia adhuc ratione illam opinionem  
confutari posse, Zuichemus docet; nimirum absurdum  
esse, inquit, hanc substitutionem ante puber-  
tam directo valere, post eam autem, quando in lon-

(x) *Comm. in tit. de pupil. substit. p. 243.*

(y) *I. 7. de V. & P. S.*

(z) *De verbis precariis, mediis, & directis. Vid. VIGLIVS  
ZVICHEMVS p. 245. VACCONIVS A VACVNA de-  
clarar. juris lib. IV. declarat. 64. p. 238.*

gius tempus est constituta, vi clausulae codicillaris, fideicommissariam fieri. Nam actum, in vim testamenti semel approbatum, amplius ad codicillos deflecti non posse, & in vim testamenti electam clausulam expirare, & non amplius fideicommissum creare posse. Sunt qui ad pontificium hic recurrunt jus: (a) Verum verba, quae ibi leguntur: *Eidem impuberi succederent, directa esse, Facheineus negat, etiam si illud cum Baldo aliisque, inter quos etiam est Bachovius, Cujacius affirmet.* Textum illum de fideicommisso, aut substitutione latius sumta, intelligendum esse, etiam GONZALEZ DE TELLEZ (b) tradit. Id certum, in praxi doctrinam admitti, ut substitutio illa, ultra annos impubertatis facta, per modum, fideicommissi valeat, modo verba ad fideicommissum trahi possint, (c) aut de animo fideicommittentis aliunde constet. Si ad brevius tempus substituit, etiam pupillarem tacitam expirare, doctores statuunt. (d)

### §. XVII.

Militem, ex privilegio liberis suis impuberibus, ultra annos impubertatis pupillariter substituere posse, extra ambiguum ponendum. Centurio inquit PAPINIANVS (e) filiis, si intra quintum & viceustum annum

(a) C. RAYNVTIUS C.X. de testamentis.

(b) Ad illud C.p.50s.

(c) STRVVE synt. jur. civil. exercit. XXXIII. S. 30.

(d) FVSARIVS de substit. fideicommissi Q. 62. n. 4. & 10.

(e) Lib. VI. resp. l. 15. ff. de V. & P. S. In lege hac explicanda verantur VACONIVS lib. IV. declarat. 04. FORCATVLVS accy-

annum etatis sine liberis vita decefferint, directo substi-  
tuit, intra quatuordecim annos etiam propria bona filio  
substitutus jure communis capiet, post eam autem, ex privi-  
legio militum patris duntaxat, cum fructibus inventis in  
hereditate. Qui hanc legem de substitutione militis  
directa intelligunt, varios antinomiam, quæ inter eam  
& L. 8. C. de impuber. & alior. substit. esse apparet,  
conciliandi, excogitarunt (e) modos. Diocletiani &  
Maximiani haec sunt verba: *Precibus tuis manifesti-  
us exprimere debueras, maritus quondam tuus miles de-  
functus, quem testamento facto heredem communem fi-  
lium vestrum instituisse proponis, & secundum heredem  
scriptissime utrumve in primum casum, an in secundo filio  
suo quem habuit in potestate mortis tempore, si intra de-  
cimum quartum sue etatis annum, aut postea decefferit,  
substituerit. Nam non est incerti juris, quod siquidem  
in patris militis positus potestate, primo tantum casu ha-  
buit substituum, & patri heres existit, eo defuncto, ad te  
omni modo ejus pertineat successio. Si vero substitutio, in  
secundum casum, vel expressa vel compendiosa, non usque  
ad certam etatem facta reperiatur; siquidem intra pu-  
bertatem decefferit, eos habeat heredes, quos pater ei  
constituit & adierint, hereditatem. Si vero post puber-  
tatem, tunc ejus te successionem obtinente, veluti ex cau-*

E 3

sa

*necyomantia dialogo 25. CHARONDAS lib. I. verisim. c. XI.  
DVARENVS lib. II. disputat. annivers. c. 7. ZOANETTVS  
ver. quotidian. c. 4. ZOARES lib. I. observat. c. 3. AVR PACH  
lib. II. epispol. juridic. C. 5.*

(e) Accursii, Bartoli, & Alexandri Fulgosii, Benedicti Plumbini, &  
Francisci Duareni hac de re sententiz, apud FACHIN. con-  
trovers. juu. civ. lib. IV. c. 43. leguntur, & refutantur. Adde ME-  
NOCHIVM de presumt. lib. IV. presumt. 52.

sa fideicommissi, bona, quæ cum moreretur, patris ejus fuerunt, a te peti possunt. Sed nescio, quare doctores sibi hic tantas figant cruces. Nam in lege *Centurio* non dicitur, quod substitutio pupillaris, a milite ultra annos impubertatis facta, directo post aetatem pupillarem valere, sed quod post eam substitutus ex privilegio militum, nempe substituentis, capere debeat. Dixerat Papinianus filio impuberi ultra annos impubertatis in vanum substitui, cui deinde exceptionem in patre milite, compendiose substituente, addere voluit. Cumque controversia oboriretur, an talis substitutio directo, an per modum fideicommissi valereret, Diocletianus & Maximianus, per citatam constitucionem, omne tollere voluerunt dubium. Quod autem Papinianus privilegium illud militis ad fideicommissum restrinxerit, ex eo quoque conjicere licet, quod lib. VI. respons. de milite fideicommittente egerit, ut patet l. miles 75. de legat. 2. quæ ex eodem libro est. Faciunt etiam hoc quedammodo, quæ in l. 40. ff. de administr. & pericul. tut. qui ex eodem Papiniani libro textus est, leguntur. Privilegium militum ad alienam injuriā porrigi non oportet. Minor antem injuria, si ita loqui fas est, accidit, existēta pupillari substitutio, successuris, si ultra illud tempus substitutus non directa, sed obliqua substitutione succedit. Tunc enim ad heredes, quibus militum ab intestato bona debentur, portio quarta pervenit, nisi militare conditum testamentum, aut etiam militis testamentum, jure communis factum, Trebellianicæ detractionem, ut aliqui volunt, prohibeat. (f) Sed quomodo cunque hoc se habeat ratione

(f) L. 3. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.

tio ci nium, sententiam, quam pro posu imus, magnus fo-  
vet CVJACIVS (g) quem sequuntur FACHINEVS  
(h) & BACHOVIVS. (i) Adversus doctrinam,  
quod lex *Centurio de fideicommissoria* agat substitu-  
tione, DVARENVS (k) & CHARONDAS (l) ob-  
jiciunt: Quod fructus, inventi in hereditate, non resti-  
tuuntur fideicommissario l. *in fideicommissoria* 18. ff. ad  
*SCt. Trebell.* Sed respondemus cum FACHINEO &  
BACHOVIO (m) textum hunc non de fructibus  
inventis in hereditate, sed de fructibus perceptis ab  
herede gravato, quos, si non sit in mora, restituere  
non tenetur, loqui.

(g) *Lib. XI. observ. C. 15. & lib. 12. obs. C. 27.*

(h) *Lib. IV. controv. jur. civ. C. 43.*

(i) *Volum. II. dis/p. XI. p. 640.* ubi inter dissentientes citat H O T-  
TOMANNVM *lib. I. annicul. resp. 17.*

(k) *Lib. II. disput. annivers. C. 7.*

(l) *Lib. I. C. XI. verisimil.*

(m) *Ad TREVTLER vol. II. disput. XI. p. 647.*



CAP.

CAP. II.

DE GERMANIA SUBSTITUTIONEM PV-  
PILLAREM NON EXCLVDENTE: VBI  
DE REI TESTAMENTARIÆ INTER GEN-  
TES GERMANICAS ET IN GERMANIA  
PRIMORDIIS AGITVR.

§. I.

**A**pud Germanorum vetustissimos, heredes successoresque sui cuique liberi, & nullum testamen-  
tum. Si liberi non erant, proximus gradus in posses-  
sione, fratres, patrui, avunculi. (a) Ratio, quæ alle-  
gatur, quare in Germania locus non fuerit testamen-  
tis, quod in bonis avitis, allodiis scilicet, sine propin-  
quorum consensu nihil alienari potuerit, tantum ad  
bona immobilia, in primis Salica, pertinet. (b)

§. II.

Videtur tamen testamentis inter gentes Germa-  
nicas, & in ipsa Germania, diu antequam constantior  
in lares ejus juris Romani usus inductus, locus fuisse.  
Aut enim Germanicæ gentes in terris, in quas, pul-  
fis Romanis, migrarunt, testamentorum elogia addi-  
dicerunt: Aut ex Romanis, cum quibus amicitiam ca-  
colebant, hauerunt: Aut denique in Romanorum ca-  
stris, stipendia merentes, interque eos versantes, finita  
mili-

(a) TACITVS in Germania C. 20.

(b) Specul. Saxon. in jur. prov. lib. I. art. 52. ECCARD. ad L.  
Salic. tit. LXII. p. 107.

militia, in patriam rerulerunt. Plerique enim nobilium adolescentium, si civitas in qua orti erant, longa pace & otio torperet, petebant ultro eas nationes, quæcum bellum aliquod gerebant, & facilius inter anticipitia clarescebant, magnumque comitatum non nisi vi belloque tuebantur. (c)

### §. III.

Neque tamen Germani suæ tantum gentis nationes, sed & Romanos bellatum adipant. Julio Cæsari, ad Pharsaliam, ex devicto Pompejo sibi orbis Romani & urbis imperium paraturo, ex Germanis lectissimi magnus victoriae subsidium fuisse dicuntur. (d) Imo, quod vitio ipsis omnino vertendum, contra patriam quan-

(c) TACITVS *I. c. c. 14.*

(d) SCHATEN. *in histor. Westphal. p. 35.* Sex istæ cohortes, quas Cæsar ex posteriori acie, teste PLUTARCHO *in vita ejus p. 275.* clanculum venire jussit, ut Pompeianum equitatum, numero ac splendore validum, in fugam concicerent, ex Germanis egregia juventutis lectæ fuisse censentur. Cohortes enim illæ præmonitæ erant, ut hostium, quibus opponebantur, oculos & vultus obnixe ferirent. Eos namque juvenes, coma & statis flore decoros, parum bellis ac vulneribus affuetos, tales maxime plagas nec exspectavuros, cum simul & discrimen & opis deformitatem reformidarent. Neque Cæsarem spes fecellit; Germani enim pedites apta & congruente velocitate ad equestrem pugnam erant, & haud difficulter enormous suis hastis mollium illorum juvenum teneros ferire potuerunt virutis. TACITVS *in Germania c. 6. de pedestribus Germanicorum velocitate & lib. II. annal. c. 14. de hastis aliquis eorum armis loquitur.* Cohortes memoratae, ex Germanis, quos Cæsar in Gallici belli subsidium sumis, fuisse, videntur. CÆSAR. *lib. VII. de bello Gallico, & lib. III. de bello civili. C. 93.*

quandoque Romanorum induabant arma. Sic Flavius, Arminii frater, Germanico, Romanum exercitum summo cum imperio moderanti, cum Cheruscos, eisque fœdere junctos, sub Arminio patriæ libertatem tuentes, oppugnaret, adhærebat, & aucta stipendia, torquem & coronam, aliaque militaria dona, quibus sibi amissum ex vulnere oculum satis compensatum rebatur, patriæ libertati avitæ, penetralibus Germaniæ diis, matri precum sociæ prætulit. Neque recte monenti Arminio, ne propinquorum & adfinium, deinde gentis sua desertor & proditor, quam imperator hostilis exercitus esse mallet, morem gerere voluit. Ipse quoque Arminius, in castris Romanorum, ductor popularium, stipendia meruerat, (e) & haud dubie, uti linguæ Latialis, ita & rituum & institutorum Romanorum aliquam notitiam patriæ intulit. Nec dubito, quin Adgandestrius Cattorum princeps, qui Arminii mortem promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur. (f) Romana olim fecutus fuerit castra.

## §. IV.

(e) TACITVS Lib. II. annal. C. IX. & X. Arminius juvenis <sup>gen-</sup>  
nere nobilis, Sigemeri principis gentis ejus filius, manu foris,  
sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, ardorem animi,  
vultu oculi que preferens, assiduis militia Romanae comet, &  
jam civitatis Romanae ius, equestrisque consecutus gradum.  
VELLEJVS PATERCVLVS lib. II. C. 18. Add. TA-  
CIT. in fine lib. II. annal.

(f) Magnum Germaniæ antiquæ elogium, e medio tollendis in-  
nocentibus venenum plane non aliuisse. Tiberius hac gloria  
se priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem ve-  
tuerant, & prodiderant, æquaturus, ut Adgandestrio a senatu re-  
sponderetur, enravit: Non fraude, neque occulti, sed palam & aro-  
matum populum bostem suum uictisci. TACITVS lib. II. annal. C. 88.

Germanos, qui imperatoribus custodes aderant, sti-  
pendii emeritis, in patriam reduces, illorum, quæ apud  
Romanos percepérant, eam haud dubie participem red-  
diderunt. Dimiserat quidem Augustus, post Varianam  
cladem, Germanorum robora, quæ inter armigeros  
secum habuerat, (g) sed a Tiberio recepta. (h) Caligula  
Thraces quosdam Germanis corporis custodibus præ-  
posuit, qui jugulato per Chæream & Crispi rationes  
Caracalla, nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam  
senatores innoxios interemerunt. (i) Nec Neronis  
tempore Germani a tali munere sunt remoti. G A L-  
B A, (k) Germanorum cohortem, a Cæsaribus olim  
ad custodiā corporis institutam, multisque experi-  
mentis fidelissimam, dissolvisse, traditur.

## §. V.

Redierunt autem ad illam corporis custodiā  
Germani. Hi enim Maximum & Balbinum stipa-  
runt. (l) Severus quoque ex Germanis prætorianos  
legit.

## F 2

## §. VI.

(g) SVETONIUS in *Augusto* cap. XLIX.(h) TACITVS *annal. lib. I. C. 24.* Romani enim imperatores  
certo persuasi erant: *Nulos mortalium armis, aut fide ante*  
*Germanos.* Atque hac de re Germani nullo ambigebant mo-  
do, ita ut Verretus & Malorius, qui Frisiorum nationem rege-  
bant, in quantum Germani regnabant, ad Neronem pro sua  
gente verba facturi, Roman profecti, hoc publice professi sint.  
TACITVS *annal. lib. XIII. C. 54.* Suetonio autore, hoc sub  
Claudio factum.(i) SVETONIUS in *Caligula C. LV. & LVIII.* DIO *lib. 55.*(k) SVETONIUS in *Galba C. XII.*(l) CAPITOLINVS in *Maximo & Balbino C. XIII.**Armiger e cuncto puerorum slavi comantum.*

Pur-

Imperii sede, per Constantinum, a veteri ad novam translata Romam, Francorum multitudo in palatio floruit. (m) Valentinianus pariter ac Valens Francis & Batavis militibus usi sunt. (n) Legio Sicamborum sub Valentiniano Istri praesidium egisse, & sub Il. ejus nominis imperatore auxiliatrix, contra Quados aliquosque populos Pannoniam tuta, fertur. (o) Mellobaudis sive Marovandis Francorum reguli, ut cornitis domesticorum Gratiani imperatoris, mentio injicitur. (p) Sub spectabili duce Phcenices erant: *Ala Francorum, ala Alamannorum, ala Saxonum.* (q) Imo & sub principibus senescentis imperii, inter corporis custodes Germani locum habuere. (r)

## §. VII.

Integras Germanorum gentes, contra alias ejusdem nationis, cum Romanis foederis & armorum societatem contraxisse, etiam ex Tiberii ad Germanicum data epistola constat. (s) Rediret, inquit ille, *ad decretum triumphum, satis jam eventuum, satis casuum, prospera illi & magna prælia:* Eorum quoque me-

*Purpurei cufos lateris, deprenditur unus  
Projicit & gemino geminata boſtilia ferro*

**PRUDENTIVS.**

(m) AMMIANVS MARCELLINVS lib. XV. C. 5.

(n) SCHATEN. in histor. Westphal. p. 230. (o) LAZIVS de republ. Rom. lib. VI. C. 13. BONFIN rer. Hungar. decad. I. lib. I.

(p) ECCARD. ad LEIBN. opuscul. de origine Francor. p. 25. Hic Mellobaudes ann. 377. Gratiano in consulatu collega fuit. SCHATTEN in histor. Westphal. p. 334.

(q) In notitia imperii orient. p. 223.

(r) Vid. NICETÆ, ZONARÆ, GREGORÆ & CODINI loca apud BULLENGERVVM de imperio Romano lib. 3. C. 25.

(s) Apud TACITVM lib. II. annal. C. 26.

meminisset, quæ venti & fluctus, nulla ducis culpa, gravia tamen & seva damna intulissent. Se novies a divo Augusto in Germaniam missum plus consilio, quam vi perfecisse. Sic Sigambros in deditio[n]em acceptos, sic Suevos regemque Maraboduum pace obstrictum, posse & Cheruscos ceterasque rebellium gentes, quando Romanæ ultioni consultum est, internis discordis relinqui. Segetes, qui Arminium, ut filiæ suæ raptorem, odio habebat, memorante TACITO, insignis in Romanos fide (s) obsidenribus ereptus, hæc pronunciavit. (t) Non hic mibi primus erga populum Romanum fidei & constantiae dies, ex quo a divo Augusto civitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi: Neque odio patriæ (quippe etiam iis, quos anteponunt, invisi sunt.) Verum quia Romanis Germanisque idem conducere, & pacem probabam. Chauci quoque inter auxilia Romana agebant. (u) Marabodus Sueviæ gentium moderator, quem regis nomen invisum apud populares habebat, licet Ingiomero, veteri apud Romanos auctoritate, fratri filio juveni parere dedignante, auctior, Arminio ex Semnonibus & Longobardis a Morabodo deficientibus, veteris militis incrementa nacto, bello inferior, a Tiberio, ad quem legatos, auxilia oraruros, miserat, responsum tulit: Non jure eum adversus Cheruscos arma Romanorum

F 3

in-

(s) Annal. lib. I. C. 55. Segetes parari rebellionem sœpe alias & supremo convivio, post quod in arma itum, aperuit, siue fitque Varo: Ut se & Arminium ceterosque proceres vinciret, nihil aspicere plebem, principibus amotis; atque ipsi tempus fore, quo crimina & innoxios discerneret.

(t) I. c. i. C. 58.

(u) TACIT. annal. lib. II. C. 17.

invocare, qui pugnantes in eundem hostem Romanos multa ope juvisset.

### §. VIII.

Vandali (x) a frequentioribus haud dubie migrationibus nomen habentes, tam in Burgundia & Gallia, quam Hispania, (y) Romanorum invenere insti-tuta. Hæc, cogentibus Gothis Hispania ejeci, in Africam (z) ubi regnum eorum per Justinianum deinde, Belisario rem (a) gerente, deletum est (b) secum tu-

(x) Vandalo Germanos fuisse, nullum habet dubium. Sedes ab eis derelictas occuparunt Venedisi & Slavi, gens Sarmatica, quam cum Vandalo Cranzius male confundit. Veteribus & mediis xvi autoribus non fuit inconsuetum, Germaniam Schytiam, & mare Balticum paludem Maeoridem vocare. Vid. PROCOP. in hist. Gotbor. lib. IV. p. 419. apud Grot. ADAMVS BRE-MENSIS in hist. eccl. saec. & CRANZIVS in Vandalia.

(y) VASÆVS in chronico Hispania p. 613. 655. 662, tom. I. apud SCHOTTVM. Gothorum adventu territi Vandali e Galliæ finibus in Hispaniam migrarunt, quam HONORIVS eis inhabitandam concessisse fertur, sub lege, ne tringita annorum prescritione uti liceret. PROCOPIVS lib. I. de bello Vandalico, & ALTESERRA rerum Aquitanicarum lib. V. p. 343. 324.

(z) RODERICVS SANTIVS hist. Hispaniae part. II. C. XI. 124. VASÆVS in chron. Hispaniae p. 402. In Africa ipsius pax data l.c. p. 663.

(a) MICHAEL GLYCA lib. IV. p. 266. & CEDRENO p. 70. testibus, Justinianus, in Belisarii honorem, ob Vandalicum feliciter terminatum bellum, nummum fabricari curavit. Numisma tale a te visum tradit PETRVS GLYLVIS in topographia Constantinopolitana lib. II. p. 378. Sublestæ fidei esse autumat BANDVRI comment. ad annos. antiquitat. Constantinopol. p. 778. Vid. Dn. MASCOVIVS part. II. hist. German. in annos. p. 133.

(b) Excerpta ex arcana historia apud Grotium p. 526. Histoire du Con-

lerunt, aut ibi etiam invenerunt. Imo, cum antequam in Galliam & Hispaniam se conferrent, sub Romanis versati sint, (c) dubium non est, quin moribus & ritibus Romanorum se jam tum antea quodammodo imbuerint. Non enim ita Germani, a Romanorum instrutis, ut a modo, lites in foro causidicorum ope terminandi, abhorruisse, videntur. Sed quomodo cuncte hæc sese habeant, certum est. Geisericum testamento constituisse, ut est in Gallica Cusini versione, que son Royaume appertientroit toujours à l'avenir, a l'uiné male de ses descendans. (d)

## §. IX.

Maxima Germanicarum gentium multitudo IV. & V. seculo cultissimas imperii Romani provincias invasit, inter quas numero & viribus gens Gothica eminuit  
 (e) Orientales Goths, qui barbare Ostgoths vel Ostrogoths dicuntur, posteriores Italiam adorti, labefactato & Theodorici deinde astu & manu necato Odoacro, Herulorum & Rugiorum rege, gubernacula antea moderante, regnum ibi condidere. (f) Hi & Longobar-

di

*Constantinople, traduite par COVSIN, tom. I. liv. II. ch. 7. p. 284.  
 seqq.*

(c) FLAVIUS VOPISCVS *in Aurelian. C. XXXIII. & in Pro-  
 bo C. XVIII. JORNANDES de rebus Geticis C. XXII.*

(d) *Histoire de Constantinople tom. I. p. 219.*

(e) FLECHIER dans l'*histoire de Théodore le Grand* liv. I. p.  
 76. seqq. AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXXI. C.  
 3. p. 479. seqq. *Histoire Romaine, écrite par ZONARE, tra-  
 duite par COVSIN. p. 558. seqq. Conringiana tom. I. p. 36.  
 seqq.*

(f) PROCOPIVS *histor. Goth. lib. I. p. 140. seqq. apud Grot.  
 JOR.*

di, (g) qui, Romanis, Gothici regni destrutoribus (h)  
maxima Italæ parte exuris, terras illas suæ subje-  
runt

JORNANDES de rebus Geticis c. 46. p. 679. 680. apud Grot.  
CASSIODOR. in chron. Histor. miscella lib. XV. apud MV-  
RAT. tom. I. part. I. §. 4. p. 99. SVITENIO della liber-  
tä de Venetia p. 133. 134. MACHIAVELLI delle historie  
Fiorentine p. 5. PVTEANVS histor. barbar. p. 17. seqq.  
Del regno d' Italia sotto i barbari epitome d' Emanuel Tesauro  
p. 33. seqq.

(g) Inter testamenti, apud Longobardos seculo octavo conditi exempla referunt Walprandi Lucensis episcopi chartam apud VG-  
HELLVM tom. I. Ital. sacra p. 795. Sed ea non æque ad testamenti  
formam quadrat; Rectius ad illum censum pertinet dispositio,  
quam Aribertus seculo XI. archiepiscopus Mediolanensis, filius  
bonæ memoria Gunardi, qui fuit de loco Antemiano, & vixit lege  
Longobardorum, fecit. Hunc etiam lege Longobardorum in ple-  
risque vixisse, ex sequentibus appetet: Et si propter honorem  
pontificatus meo mihi aliquid impedit de lege Romana, & nec  
liceat me a modo ullo tempore nolle, quod volui, sed quod a me hic  
semel factum, vel conscriptum est, sub iurisdictione inviolabilitate  
conserbare promiso cum stipulatione subnixa, VGHELLI Italia  
sacra tom. IV. p. 105. 106. Cum huic testamento tres judices imperato-  
rii subscriperunt, pro publico videtur habendum. In hoc æque,  
ac in Amati Nusconis ecclesiæ episcopi testamento, quod co-  
ram Vro Vice-Comite ann. 1093. conditum, execrationis for-  
mula, quam veteres tabulis suis inscrere solebant, legitur.  
VGHELLI tom. VII. p. 534. Testamento cuiusdam obla-  
tionis, Ludovico II. imperante, in Italia conditi, in chronico Vul-  
turnensi lib. II. p. 370. mentio inicitur.

(h) PROCOPIVS lib. III. & IV. de bello Gothicō apud MV-  
RAT. tom. I. part. I. PAVLVS DIACONVS de gestis  
Longobardorum C. XXV. p. 420. apud MVRATOR. I. c. PV-  
TEANVS histor. barbar. lib. I. p. 25. n. 18. MEZERAI abregé  
chronologique p. 54. seqq. MACHIAVELLI I. c. seqq. Ro-  
mani Theodoricum Ostgothorum regem, sibi confulari digni-  
tate & amici Romani elogio, Odoacro immiserunt,

runt ditioni, (i) in principe Juris Romani provincia degentes, in mores etiam & leges Romauorum haud dubie sensim magis magisque concederunt. (k) Nobis adhuc de Gothis occidentalibus sive Visigothis, ante utrosque Italianam affluentibus, sermo erit. Hi sub Alarico ingressi Italianam, ab Honorio, qui illorum metuebat viciniam, in Galliam, quam ab eo, una cum Hispania, donum ferebant (l) missi sunt: Ast contra daram fidem a Stilicone (m) in itinere, ipso die Servatoris resurrectioni sacro, armis impetiti, eo fuso fugatoque, in Italianam retrogressi, illam, & in primis Romanam sœve habuisse dicuntur. (n) Alarico deinde

(i) Narsetis contentus & divitiarum, quas habebat maximas, cupiditas Longobardis Italia regnum, Exarchatu excepto, pererunt. PAVLVS DIAC. *de gestis Longobardor.* lib. II. C. 27. p. 427. l. c. apud MVRATOR. RVBÆVS in *historia Ravennatenſi* lib. IV. p. 175. AGNELLI lib. pontif. part. II. C. III. p. 17. apud MVRATOR. tom. 2. p. 517. seqq. *Epitome chron. Cassenens.* p. 554. *ibidem.*

(k) De lege Romana & Longobardica, quibus devicto, per Carolum Desiderio, lex Francica sive Salica accessit, & facultate alii quam ex iis cooptandi, quam quis sequi vellet, in horis subcisis. Helmst. actum.

(l) JORNA NDES *de rebus Geticis* C. XXX p. 653. ap. GROT. ALTESERRA *rer. Aquitanic.* C. X. p. 342. HERTIVS in *notitia veter.* Germ. popul. part. II. C. 7. §. 2.

(m) Claudiani veritus de bello Getico sive victoria Stiliconis contra Alaricum elegantes sunt, sed parum aut nihil habent ex vero. Nam Romanos, sibi eo pugnantes, a Gothis, se fugæ dare coactos esse, etiam ex solo horum redditu in Italianam, confusat. Cæsaris & generi gratia deinde lapsus Stilico, præter affectatum pro filio imperium, & hanc cladem mutati in se impe- ratorii animi causam habuisse potest. Vid. HONORII con- fit. in *Cod. Theodos.* & JAC. GOTHOFRED. *in not. ad eam.*

(n) Si Zonare fides habenda, ad Romanam, satis moderate ab Alari-

deinde fatis functo, Ataulphus, attrita rursus vi  
hostili Roma, popularium suorum examina in Gal-  
liam, Placiðæ conjugis, Honorii sororis, potissi-  
mum studiis contendit, (o) ibique Gothorum regnum  
in Aquitania stabilivit, quodque paulatim in Hispani-  
am derivatum est. Clodovæ (p) autem res Gallicas  
moderante, Gothorum regnum, paucis saltim terris (q)  
horum imperio ibi reliquis, per Voigladensem Fran-  
corum victoriam, extinctum est. Atque ita inter Hi-  
spa-

eo habitam, castigandam, ab ipso Honorio, mortalium stupi-  
dissimo, Goths sunt advocati. Honorus, Ravenna, de capta di-  
rataque Roma accepto nuncio, admodum indoluisse fertur, Gal-  
linam amatam, cui Roma nomen indiderat, mortuum credens.  
*Histoire écrite par Zonare, traduite par COVSIN.* p. 55.  
PROCOPIVS lib. I. *historia Vandalica* p. 7. Hoc memo-  
rante auctore, id sub Ataulpho, Alarici successore, Romanum rursus  
hostili modo atterente, contigit.

(o) PROCOPIVS *historia Vandalica* lib. I. p. 6. ISIDORVS  
in chron. apud GRO T. p. 715. ALTESERRA *rer. Aqui-*  
*tan.* lib. V. C. 10.

(p) AIMOINVS de gestis Francor. lib. I. c. 20. apud Freberum  
p. 267 seqq. PAVLVS AAMILIVS *histor. Franc.* p. 13. seqq.  
BVSSIÆRES *histor. Francic.* lib. I. p. 30. seqq. MEZERAI  
abregé chronologique tom. I. p. 34. 35. Anafactus imperator  
Constantinopolitanus, rerum a Clodoveo præclare gestarum ad-  
miratione captus, honorarium eum fecit consulem, & imperia-  
lia ipsi transmisit ornamenta.

(q) Clodoveus, antequam Gothis Septimaniam aut Gothiam, quam  
adhuc tenebant, evellere potuerit, diem supremum obiit. Cla-  
des enim, quam Franci a Gothis orientalibus, quos Theodor-  
icus Italia rex, sub comitis Iba ductu, in nepotis subsidium mi-  
serat, patiebantur, miram rebus Francicis in Aquitania induxe-  
rat imitationem, & regis Clodovei, ex infelici illa pugna mœ-  
re confecti, mortem forte acceleravit. Vid. VALES. in no-  
tit. Gall. sub voc. *Novepopulana & Septimania*, nec non lib.  
VII. *rer. Francic.* p. 371. seqq.

spaniae limites (r) propemodum coacti, ibi regnum suum magis magisque firmarunt, & ad memorabilem plane rerum suarum, quam ab Afris passi sunt, eversionem, (s) continuarunt.

§. X.

Visigothi in Gallia commorantes, ad scriptas Ro-

G 2

mano-

(r) Catalogo real y genealogico de Espanna fol. 16. Libro primo de la Historia de los antiguos Condes de Barcelona por DIAGO C. XIII. p. 35. La Cronica de Espanna segunda parte fol. 202. C. XXVIII. seqq. Corona Gothica por SAAVEDRA p. 17. seqq. Peculiare est, quod Theodoricus Italia rex impuberis sui nepotis, in regenda Hispania, per aliquod tempus, vices habuerit. SAAVEDRA l. c. p. 77. Coronica de Espanna por FLORIAN da Campo l. c. c. XXXII. RODER. SANCTIVS hist. Hespan. part. 1. c. 8. p. 131. seqq. apud SCHOTTVM JOANNES VASÆVS c. XV. p. 614. 3659. ibidem. MEZERAI tom. I. p. 35. BVSSIER l. c. p. 42. PAVLVS ÆMILIVS hist. Franc. p. 19.

(s) Julianus Comes stuprum, quo Rodericus filiam ejus Florimandam, quam Cabam vel Cava vocant, in obsequiis reginæ constitutam, communaculaverat, ulturus, collectitiam ex variis gentibus multitudinem, armis tamen exercitatissimam, duodecim milium militorum numerum implentem, per montem Calpem, qui a duce Saracenorū nomen habens, dictus Gebel Tarif, hoc est, mons Tarif, corrupto vocabulo in Gibraltar, Hispaniæ induxit. Mediocrem illum exercitum infinita sedibus suis excita barbarorum moles, Hispánicarum opum cupiditate, infœcta est, qua res Gothorum in Hispania ad incitas redegit. VASÆVS l. c. p. 696. Hic notatum dignum, Roderico ad Viseum Portugallie urbem positum, monumentum recitat. RODERICVS TOLETA-NVS de rebus Hispanie lib. III. c. LVTPRANDVS ad ann. 612. & ad cum LAVENT. RAMIRVS in notis. BLOD. in chron. MAVROR. Hispan. lib. 2. c. 4. MARTIN. CAREL. in annal. ann. 711. COVARRVV. in ling. Castell. Thesaur. verb. Cava. GARIBAY compend. historiae Hispanicae c. 45. LVD. TUDOR. chron mundi era 745. MARIANA de rebus Hispaniae lib. VI. cap. 21, 22, 23. apud SCHOTTVM tom. II. p. 383. seqq.

manorum leges quodammodo nauseabant. (t) Eārum deinde magis patientes, Alarico Gothicis admoto gubernaculis, ex codice potissimum Theodosiano, operam Goarico (u) cancellario & Aniano notario præbentibus, aliquem earum numerum suā attemperarunt reipublicæ, & in breviarium conjecerunt. Suas quoque aut assumtas leges codici, Eurico regnante, inferentes, (x) rei testamentariæ (y) incuriosi non fuerunt.

§.XL

(t) OROSIVS lib. VII. c. 29. SALVIANVS lib. VII. de gubernat. SIDONIVS ad Eodicium lib. 2. c. 2. ALTESERRA rer. Aquitanic. lib. III. c. 8.

(u) JAC. GODOFRED. in prologom. ad Codic. Theodor. c. V. §. VI.

(x) Sub hoc rege legum instituta scripta haberi cœperunt, cum antea tantum moribus & consuetudine tenebantur. ISIDORVS in chr. RODERICVS TOLETANVS de rebus Hispan. lib. 2. c. IV. FRANCIS. TARAPHA de rebus Hispan. ann. 515. RODERICVS SANTIVS bistor. Hispan. p. II. c. 9. Alii primum Gothorum in Hispania legislatores faciunt Theodoricum Eurici fratrem, & in regno antecessore: Alii id muneris ejus filio Alarico, qui Euricum in regno exceptit, tribuunt: sed refutantur a SAavedra in corona Gothicac. VII. p. 57

(y) Lege Wisigothorum lib. V. apud SCHOTTVM p. 913. libertati testandi patrum & avorum tales positi sunt limites: Igitur pater aut mater avus aut avia, quibus quempiam filiorum vel nepotum meliorandi voluntas est, banc servent omnino censuram, ut supra tertiam partem rerum fūarum meliorandis filiis, aut filiabus, vel nepotibus atque neptibus ex omnibus rebus suis nihil amplius impendant, neque facultatem suam ex omnibus in extraneam personam transducant, nisi fortasse prævenerit, veros legitimos filios vel nepotes non habere superfliter. Ejusdem legis lib. V. tit. 8. l. c. p. 927. jubetur: Apud quem testamentum depositum, aut cui illud commendatum, illi heredit, qui majorem partem de eodem testamento est consecuturus, reddere. Addatur lib. VII. tit. 19. p. 951.

## § XI.

An Scandinaviae (z) incolae ab aliquibus suo-  
ruu Italia, Gallia & Hispania domum forte rever-  
fis, aut ab aliis Germaniae gentibus; (a) an vero a  
popularibus suis sub Normannorum (b) nomi-  
ne, in littora Romana, & deinde quoque Francica  
& Britannica impetum facientes, inter Romana  
G 3 spolia

(z) PLINIVS *biflor. natural. lib. IV. c. 13.* vocat clarissimam  
*insulam incomparte magnitudinis.* De hac gentium vagina;  
five prima, ut fertur, gentium septentrionalium, quæ in Ro-  
manas se provincias effuderant, sed, agit GROTIUS *in pro-  
legom. ad biflor. Goth. p. 2. seqq.* notatque eam apud Proco-  
pium ex errore *Thule* vocari SHERINGHAM *de origine gent.*  
*c. VII. & VIII. TORFÆVS in antiquit. univers. septent. lib.*  
*III. c. 8. & 9. ROSEFONTAN.* adversus JOANN. Magu.  
*f. 13. seqq. CLVV. G. A. lib III. C. 38.*

(a) Germaniam antiquam versus septentrionem mare ambibat.  
CLVVERIVS *lib. 3. c. 37.* Atque ita Suiones, subquibus aliqui  
Danos comprehensos dicunt, & Norwegos five Sitones com-  
pletebatur. TACITVS *in Germania c. XLIV. GROTIUS*  
*in prolegom. biflor. Goth. p. 9. seqq. CLVVERIVS in Germa-*  
*nia antiqua lib. i. c. 5. 3. c. 24. §. 4. c. 40. §. 1. & lib. III. §.*  
*40. §. 4. Conringiana tom. i. p. 131.*

(b) ADAMVS BREMENSIS *in biflor. eccl. C. 220. p. 58. ap. LIN-*  
*DENBROGIVM. GROTIUS* *in prolegom. p. 11. De expeditio-*  
*nibus eorum in Galliam, Italiam, Angliam & Germaniam stricte*  
*dictam ex scriptoribus fide dignis CONRING tom. I. IV. & VI.*  
*agitur Adde annales Eginhardi ad ann. 521. apud DV CHENE &*  
*scriptores rerum Normann. apud eundem, item GVIEL. APVL.*  
*biflor. poema de rebus Normann. apud LEIBN. tom. i. S. B.*  
*CHRON. Vulturn. tom. I. part. II. scriptor. Ital. Muratori⁹*  
*p. 512. evi solam fratris CONRADI sive breve chron. apud MV-*  
*RATOR. I. c. p. 277. CRANTZIVM in prefat. Norvegia.*  
Obiter hic notare licet, LVITPRANDO *lib. i. biflor. cap. III.*  
*p. 426. & lib. 5. c. 6. p. 436. apud MVRATORIVM tom. II.*  
Normannos Russorum nomine venire.

spolia, testamentorum etiam ritus domum attulerint, in incerto est. Id tamen certum, Danos, Suecos & Norvegos, antequam leges Justinianeæ jus civitatis Germanicæ acceperint, aliquem testamentorum usum habuisse. (c)

## §. XII.

Franci (d) Galliam a Romanorum liberantes protestate, non tam ab horum legibus (e) quam jugo abhoruerunt. Satis mature inter illos testamentorum usus cœpisse videtur. In Salica quidem lege rei testamentariae memoriam reperiri, non memini: Ast illa, antequam Franci Rhenum superarunt, condita est; (f) quanquam a Francorum regibus deinde aucta & emendata fuerit.

## §. XIII.

(c) GROTIUS *de J. B. & P. lib. I. c. 3. §. 13.* ex Crantio refert, Vnguimum Norvegiam testamento reliquisse. Verum Vnguinus inter Norvegia reges, a Cranzio relatós, non reperiuntur. Seculo XIII. apud Danos testamentorum usum fuisse, ex archiepiscopi Lundinensis Abelis testamento, quod in bibliotheca Stephani Johannis Stephanii in M. S. asservatum, patecit. Vid. hic autor in *notis ad Saxonum Grammat.* p. 6.

(d) De Francorum origine & primis sedibus inter eruditos controvertitur. DV CHENE *tom. I. S. F. p. 155. & passim.* LEBNITZ *de origine Franc.* cum annotat. ECCARDI. *Courtingiana tom. I. p. 35. 40. 117. 131. 132.*

(e) Francos jure Romano in Gallia vixisse, ex CASSIODORO *lib. III. p. 43.* apparent. Vid. ALTESERRA *rer. Aquitan. lib. III. c. 8.* Sub secunda regum Francorum stirpe una cum Salica sive Francica lege, Romana admittebatur. Ex Capitularibus constat, multa in ea ex Theodosiano Codice esse transfusa. Sub tertia denique stirpe ejus quoque ratio habebatur. ALTESERRA *I. c. c. IX. & X.*

(f) Vid. *lex Salica cum annotat.* ECCARDI p. 5. Sub Carolo M. legis Salicæ autoritas in Francia occidentali quodammodo immunita videtur. ALTESERRA *I. c. c. 9.*

Notabile est testamentum Cæsarii archiepiscopi Arelatensis, Clodovei temporibus conditum, in quo hæc leguntur: *Et ideo juxta hanc epistolam, quam manus nostræ subscriptione roboravimus, cuique diem & consulem subtus adjecimus; Deo dispensante hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi, atque jure prætorio vel jure civili, & ad vicem illorum codicillo firmavi.* (g) Testamentum sancti Aredii Abbatis Altarenis (h) sequentia habet: *In nomine patris filii & Spiritus Sancti, sub die pridie Kalend. Novembr. anno VII. X. regni domini nostri Sigeberti, ego Are-dius presbyter & Pelagia (i) sana mente integroque con-silio, judices & arbitros rerum nostrarum metuentes, ca-sus fragilitatis humanae, ne nos subito repentina mortis præveniat occasio, residentes nostrum testamentum condi-mus, quod ego ipse Aredius manu propria scripsi, & testibus, numero competente, tradidimus subscribendum. Quod testamentum nostrum, si casu jure civili, aut præ-torio, aut cuiuslibet legis novella subscriptione vel vete-ris valere non potuerit, in vicem codicillorum & omnium scripturarum, quæ firmiter consistunt, valere jubemus,*

ut

(g) BARONIVS tom. VI. annal. ad ann. 509. An in terris, quæ regnum Arelatense constituerunt, ab initio statim testamentorum publicatio regalibus fuerit accensita, in ambiguo positum. Seculo XIII. hoc ibi obtinuisse, ex pontificio Arelatensi, apud MENCKEN tom. I. S. G. cognitum habemus.

(h) MABILLON in veterib. anal. p. 208. LABBEVS in miscellaneis curiosis. Testamentum hujus verba eadem fere apud MARCVLPH. formul. lib. 2. c. 17. leguntur.

(i) GREGOR. TVRON lib. 10. C. 28. Et libro de gloria con-fforum C. 104.

ut id fiat detur, prestetur, illibatum in omnibus teneatur,  
secundum tenorem infra scriptum, quem Christo domino  
adjuvante constituimus. In Aredii testamento Jocardi,  
(k) genitoris ejus, testamenti mentio injicitur, & in fi-  
ne anathermatis formula in Arediano testamento ad-  
versantes adjicitur. Eodem seculo Lugduni in foro  
testamentum Nicetii Lugdunensis episcopi recitatum.  
(l) Mumoli Francici comitis testamentum, subscrip-  
tionibus & sigillis testium munitum, eadem tulit actas.  
(m) Dagobertus testamenti sui quatuor curavit confici  
exemplaria, (n) eaque secum a filiis & regni proceri-  
bus, qui aderant, subterfirmari, id est, subscribi, & forte  
etiam subsignari, voluit. Testamentum Ermentru-  
dis illustris matronæ multis legatis & execrationis for-  
mula, in eum qui in testamenti capita attentari aude-  
ret, est notabile. (o) ALCVINVS in Capitulari ad-

moni-

(k) Ita a veteri autore, qui Aredii vitam composuit, appellatur,<sup>2</sup>  
Gregorio Turonensi autem lib. 2. de miraculis S. Martini C.  
39. Rinscendus.

(l) Post dies autem, quos lex Romana saucivit, ut defuncti ejus-  
piam voluntas publice legatur, hujus antifitit testamentum in  
forum delatum, turbis circumstantibus, a judice referatum, re-  
citatumque est. GREGORIVS TVRONENSIS de vita patrum  
apud Surium. Vid. ALTESERRA rer. Aquitan. lib. III. p. 196.

(m) GREGORIVS TVRONENSIS lib. 1. de miracul.  
Martini C. 31. Notari meretur, sub Dagoberto Sadregisfilii A-  
quitaniorum ducis filios, ob insulta patris mortem, paterna  
hereditate, ui indignos, privatos esse. AIMOINVVS lib. IV. C. 18.  
Nam hoc quoque, Galliam illo tempore Juris Romani aliqua  
lem admisissse ultum, probat.

(n) Vnum Lugduni, alterum Parisii, tertium in archivis ecclesia-  
rum custodiri, & quartum in thesauris regius adservari debuit.  
AIMONIVS de gestis Francor. lib. IV. c. 30. MABILLON. de  
rediplomatic, lib. I. C. 7. §. 29.

(o) MABIL. in appendice supplementi de rediplomatica §. VII. p. 92.

monitionis ad Carolum (p) ait: *Testamentum in mortuis confirmatur, Apostolo protestante. Ideoque post obitum testatoris omnimodam firmitatem obtinuit, quod etiam ante mortem consensus omnium confirmavit. Nam itaque postea non valet infringi, quod antea nullo modo potuit improbari. Quicunque testatori reperitur ingratus, insuper & contumeliosus existat, ipse sibi testis est, qui testamento dignus non est. Ad postremum quoque qui maledixerit patri.*

## §. XIV.

Caroli M. testamentum thesauros ejus XXI. archiepiscopatibus, ceterisque episcopatibus & ecclesiis attribuit, (q) Christumque heredem instituit. Divisit quoque in illo testamento terras sibi subjectas inter filios. (r)

## §. XV.

(p) Apud BALVZIVM tom. i. miscellan. p. 375.

(q) Testamentum hoc adjectum est Caroli vita ab EGINHARDO conscripta apud REVBERVM p. 12. Testamenti Carolini exemplar, quod vita Caroli M. a monacho Egolismensi ut creditur, conscripta apud PITHOEVM p. 253. adjicitur. Suspecta videtur esse fidei. Ceterum testamentum a Carolo Magno esse conditum ab HERMANNO CONTRACTO ad ann. 514. tom. I. apud PISTORIVM p. 225. MARIANO SCOTTO p. 636. & SIGEBERTO Gemblac. p. 757. ibidem affirmatur.

(r) Hoc testamentum a Francorum proceribus confirmatum, ex Adone tradit GROTIUS de J. B. & P. lib. I. c. III. §. 13. Partitio regni Francorum ab imperatore facta in villa Theodosii, ait INCERTVS AVT OR ad ann. DCCCVI, apud PITHO.

## §. XV.

Ludovicus Pius de iis, quæ ad rem familiarem & privatum patrimonium pertinebant, ultimam suam consignari curavit voluntatem. (s) Remigii ecclesiae Atrebatensis episcopi testamentum in fine hæc habet:  
*Ego Remigius testamentum meum relegi, signavi, subscripsi, & in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti, Deo adjuvante, complevi. Additum: (t) Prosecuta autem excommunicatione in huius testamenti violatorem, primus respondet Vetus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, male dixi, & cui benedixit, benedixi. Interfuit & subscripti quoque Geneboldus episcopus, Luperus Episcopus, Medardus Episcopus, Benedictius episcopus, Lulius episcopus idem dixerunt.*

## §. XVI.

In concilio Tulosano ann. MCCXXVIII. celebrato statuitur: *Cum aliquis voluerit condere testamentum*

PITHOEVM p. 16. ut scilicet unusquisque quam partem tueri & regere debisset, si pater cum superstitem relinquere. De hac partitione testamentum conscriptum, & ab optimatis Francorum confirmatum, & Leonis Apostolici subscriptione corroboratum est. Pontificis subscriptio addita, ut loquitur MEZERA abrégé chronologique tom. I. p. 254. Non pour le rendre valable, mais pour le rendre plus authentique. Valuit autem Caroli M. tempore lex Theodosiana, Alarici iussu breviata & Caroli studio emendata, in cuius locum, Carolo Calvo resgnante, lex Justinianæ successit. ALTESERRA lib. III. R. A. C. XIII.

(s) *Vita Ludovici Piis incerto auctore, sed tamen coetaneo p. 424.*  
 apud PITHOEVM.

(t) *Apud BALZIVUM miscellan. lib. V. p. 24.*

rum, hoc faciat sub testimonio sui presbyteri, vel alterius ecclesiastice personæ, si proprius haberet non potuit sacerdos, exhibitis bone opinionis viris, quos ad hoc voluerit accersere, & testamenta aliter facta vigorem non habent, nec alicuius sunt momenti. (u) Testamentum Brunonis episcopi Lichnoviensis formulam execrations annexam habet. (x) Inter canones, ab Abone abbatem, tempore regis Hugonis & filii ejus Roberti, collectos, (y) de *differentia testamentorum & precarii, traditum est.* Alphonsus comes Pictaviensis testamentum fecit, & testamentarios constituit executores, inter quos & Angliae regem, de pagi Aginensis jure & dictione, lites exortæ sunt. (z)

## §. XVII.

Francis, suos ex antiqua Saxonia vicinos An-

glos (a) qui aliis Germaniæ gentibus austiores, cele-

H 2  
brem

(u) D' ACHERY tom. I. spicileg. p. 71.

(x) Chronic. Beuens, apud D' ACHERY tom. 2. p. 415.

(y) MABILLON. in veter. analect. n. VII. p. 137.

(z) ALTESERRA l. c. p. 204.

(a) Vocem antiquæ Saxoniz hic in ea accipimus significatio-  
ne, quatenus novæ, in Britannia stabilitæ, contradistingui-  
tur. Heptarchia conditores a Vortigerno Britannorum rege,  
contra Pictos Scotosque, Britanniam, postquam Romani di-  
cesserant, male multantes, in auxilium acciti, de antiquis Saxoniz  
bus, de Anglis, de Jutis suisse dicuntur. Vid. chronicon. Saxon-  
ic., a GIBSONIO Latiali donatum sermoni p. 12. BEDE  
bisbor. eccl. gent. Anglor. lib. i. C. XV. p. 45. CAMBDENVS  
in Britannia p. 96. seqq. SCHERINGHAM de orig. gent.  
lib.

brem illam in Britannia instituerunt heptarchiam, (b)  
jungamus. Hi Romanorum circa rem testamenta-  
riam placita non tam Britanniæ (c) intulisse, quam,  
eo a Romanis (d) allata, ibi invenisse, verolimile est.

Edilbe-

*lib. II. Ex GILDÆ & NENNII historiis, per THO-  
MAM GALE super editis, de Anglo Saxonum introitu in  
Britanniam, vide excerpta apud LEIBNITIVM tom. I. Scri-  
ptor. Brunsvic. p. 31. seqq. Add. Conringiana tom. I. p. 30. 35.  
Historical and political discourse of the laws and government  
of Engeland collected from some manuscript notes of JOHN  
SELDEN BY NATHANAEL BACON OF GRAYS  
chap. IV. THOIRAS histoire d'Angleterre vol. I. lib. III. p. 39.  
SPELMAN in vita Alfridi Magni prefat. §. 7.*

(b) Heptarchia illa septem Saxonum complectebatur ditiones,  
qui ne faisoient, qu'un seul corps & un même état. Ces peup-  
les établirent en Angleterre une sorte de gouvernement, pres-  
que semblable à celui, sous lequel ils vivaient en Allemagne.  
Cela veut dire, que ses regardant comme frères & compa-  
triotes, qui avoient un intérêt commun, ils comprirent la né-  
cessité de se secourir mutuellement, & de n'agir que pour le  
bien de tous dans cette vüe ils établirent entre eux un monar-  
que ou chef general, auquel ils accordèrent certaines proroga-  
tives, & lors qu'il venoit à mourir, on en elisoit un autre d'un  
commun consentement. THOIRAS vol. I. p. 40.

(c) De Britannia veteribusque ejus incolis, vid. chron. Saxon. p. 1.  
seqq. BEADA hisror. eccl. gentis Anglorum lib. I. C. I. HEN-  
RICVS HVNTIGDONENSIS lib. I. p. 100. CAMBDE-  
NVS in Britannia p. 1. seqq.

(d) Julius Cæsar Britannia, variis obnoxia regulis, tentata infectis  
rebus discedere coactus fuit; felicioribus autem avibus in ea  
potiunda Claudio usus est. STRABO lib. IV. geographia p.  
223. JVLIVS Cæsar lib. IV. c. 21. & V. c. 22. TACITVS annal.  
lib. XII. C. 31. 34. & in Agricola C. 5. 10. seqq. GALFRIDVS  
86

Edilbertus, inter reges Anglorum primus, qui Christo nomen dedit, prudentum consilio, leges Romanas excerptas in anglicum transferre curavit idioma, ut forenium controversiarum decidendarum norma essent. (e)

### §. XVIII.

Anglorum (f) legem, quod liberi, nullo a parentibus relicto testamento, in æquales succedere debeant partes Normanni suis deinde inferuerunt placitis. Scot-

H 3

ti

& MATTH. WESTMONASTER. *arat. V. c. 26.* HEN-  
RICKS HVNTIGDON. *lib. 1. histor.* & JOH. ASSE-  
RIVS *annal. p. 1.14.* Perdomita Britannia statim iterum  
amissa: TACITVS *lib. II. histor. C. 2.* sed deinde recuperata  
TACITVS *in Apricola C. 16. 17. 18.* BEDA *lib. I. c. 3.*  
*seqq.* CAMBDENVS *p. 39. seqq.* Honorius deumum iuri  
in Britanniæ, postquam 400. annos in Romanorum ditio-  
ne fuerat, renunciasse dicitur. THOIRAS *lib. III. p. 39.*

(e) BEDA *historia ecclesiastica gentis Anglorum lib. II. C. V. p.*  
*96.* In chronicis Normannorum ad ann. 1148. hæc leguntur:  
Magister Wacarius, gente Longobardus, vir honestus & juris  
peritus, cum leges Romanas anno ab incarnatione domini  
MCXXXIX. in Anglia discipulos doceret, & multi tam divi-  
ties, quam pauperes ad eum discendi causa confluenter, sugges-  
tione pauperum de codice & digesto exceptos novem libros com-  
pofuit, qui sibi iunt ad omnes regum lites, que in Scholis fre-  
quentari solent.

(f) Hi legum patriarum cæteroquin tenacissimi non ab omnibus Ro-  
manorum abhorruerunt institutis Hodie in cancellaria suprema,  
in curia militari, in curiis ecclesiæ scicis & in curia admiralli ma-  
gnus juris Romani est oficis. ARTHVRIVS DVCK *de usu & auto-  
ritate juris civilis lib. II. p. 377. 386.* Hinc apud Anglos inter legum  
patri-

ti quoque rei testamentariæ, quam forte a Romanis  
Britanniae incubantibus, aut etiam a Britannis vel Sa-  
xonibns hauserunt, expertes non fuerunt (g) Edelra-  
dus Angliæ rex nepotibus ex Thyra, quæ Gormoni  
Daniæ regi nupserat, Angliæ regnum testamento le-  
gasle dicitur. (h) Ælfredi occidentalium Saxonum re-  
gis testamentum (i) sub initium seculi X, factum mul-  
tis legatis fuit conspicuum. Henrici II. Angliæ regis  
testamentum ann. 1182. conditum fuit. (k)

§. XIX.

patriarum peritos, & juris civilis doctores est differentia. *Hi  
Doctors of the civil law, illi common. Layers vocantur: The  
History of the rebellion by CLARENDON vol. I. part. I.  
De legum Anglicarum collectoribus earumque præcipuis in-  
terpretibus agit: the English Historical library by NICOL-  
SON part. III. ch. V.*

(g) Legum Scoticarum codex, qui, Davide Malcolmi tertii filio  
jubente, anno 1124. est collectus. c. 35. 36. de testamentis agit.  
Vide librum, qui inscribitur: *regiam maiestatem Scotie* fol. 52.  
seqq. Apparet ex C. 35. quod apud Scottos ad testamentum  
duo sufficerint testes.

(h) SAXO GRAMAT *histor. Daniæ* lib. IX. in fine.

(i) Adhæret Ælfredi vita sub n. II. append. Nonnulli dicunt, pri-  
mum hoc esse scriptum monumentum, in quo vox feodum re-  
peritur.

(k) RYMER Act. publ. Angliæ tom. I. part. I. p. 19. Notatu-  
dignum, quod Johannes rex Angliæ ann. 1202. statuerit: *Baro-  
nibus Britannie &c. mandamus vobis rogantes, quod testamen-  
tum C. comitissæ quondam Britannie, sicut ipsa illud rationa-  
bility condidit, & secundum dominum, teneri faciat in his,  
que ad nos pertinent, ne dominus papa vel alius ad hoc debeat  
manum apponere.*

*Testi me ipso apud Lich trigesimo die Januarii,  
RYMER l.c. p. 41. noviss. edit.*

## §. XIX.

Interim, non disinterdum esse, opinor, rei testam  
entariae apud Saxones, etiam antequam quidam eo-  
rum in Britanniā emigraverint, cunabula exti-  
tisse. Illi enim, variis irruptionibus Romana littora,  
(k) cum adjacentibus provinciis, intura reddentes,  
aut, aliis Germaniae populis juncti, in Romanas pe-  
ntrantes terras, (l) Latialis juris & morum, quibus  
Romani utebantur, notitiam aliquam comparasse,  
videtur. Sed quomodounque hæc sese habeant,  
in lege Anglorum & Werinorum de testandi pote-  
state hæc habentur. *Libero homini liceat hereditatem  
suam, cui voluerit, tradere.* (m)

## §. XX.

(k) Romanis littoribus, Saxonum impressionibus maxime expositi,  
praefectus, sub nomine comitis littoris Saxonici, praefidebat.  
De littore Saxonico in Gallia *in rerum Cadomensium libris*  
*HVENTIVS* agit. De comite littoris Saxonici per Britan-  
niā vid. *BVLENGERVS de imperatore Romano lib. III.*  
*C. XIV.*

(l) *Franci & Saxones iisdem confineri*, inquit *AMMIANVS  
MARCELLINVS hb. XXVII. c. 8. p. 383.* quo quisque erum-  
pere potuit, terra vel mari prædis acerbis incendi que & ca-  
pivorum funeribus hominum violabant. Praeter ceteris hostibus  
Saxonis timebantur, ut repentinae. Idem autem *hb. 28. C. 3.* de  
Saxonum multitudine, sub Valentiniā & Valente III. COSS.  
in Galliam erumpente, & post actas indicias a Romanis deleta,  
refert. Add. *OROSIUS hb. VII. & HIERONYMVS in  
chron.* quod Cassiodorus exscriptit. Alboinus Longobardorum  
rex cum suis ad Italiam profecturus: *Ab amicis suis vetulis  
Saxonibus auxilium petet, quatenus spatiolum Italiam cum  
pluribus professarius intraret.* *PAVLVS WARNEFRIDI  
de gestis Longobard. lib. II. c. 6.* Sed cum Longobardici impe-  
riri impaticentes essent, per Galliam ad patrios remearunt lares.

Brunonem (n) Ottonis I. fratrem, ut & Ottone II.  
(o) testamenta condidisse, memoriae proditum est.

## §. XXI.

Seculo XIII. & XIV. non ita infrequentia  
in imperio testamenta fuere, frequentiora autem  
cum jus Romanum, sensim in Germania receptum,  
plenum civitatis Germanicæ jus (p) consecutum fue-  
rit.

(m) Apud LEIBN. tom. I. S. B. p. 84. & LINDENBROGI-  
VM in codice legum antiquarum p. 485.

(n) Tandem Bruno, sunt verba chronicorum Belgici, dux &  
archiepiscopus in Franciam, ad pacificandos nepotes suorū Lor-  
ثارium regem & filios Hugonis pergebas, ubi Compendium vo-  
nit, febre corruptus, Remos redi, & ubi, quicquid habens in  
re mancipi ecclesia sanctorum delegans, mortuus est: PISTO-  
RIVS tom. III. Quid apud Romanos rebus mancipi annume-  
ratum, docet BYNCKERSHOECK opusc. II. C. 2.

(o) Hujus imperatoris testamentum, fidei commissio gravatum exhibet MABILLON. tom. IV. annal. Benedict. lib. XLIX. n.  
14. Vid. M. Ch. Belg. tom. III. p. 93.

(p) Propter summam æquitatis naturalis gloriam, quam jus Ro-  
manum in permultis locis præ se fert, passim a Germanis re-  
ceptum est. Dolendum sane, juris Justiniane collectores the-  
ses, a veteribus Jureconsultis ad disputandum propositas, a positi-  
tionibus, ad causas decidendas latas, non satis accurate distinxisse.  
Legum Romanarum justitiam a Cypriani Regneri criminatio-  
nibus MASTERTIVS vindicat. Adde HVBERVM in  
eunomia Romana: Ludovicus Pius legem Romanam omnium  
humanarum agnoscit matrem. Capit. addit. 4. C. 106. AL.  
TESERRA rer. Aquitan. lib. III. c. IX.

rit. A Friderico II. testamentum factum annalibus  
compertum habemus (q) Theobaldi (Thibaut) II. Lo-  
tharingiae ducis testamentum ann. 1312, factum codicil-  
lo auctum fuit. (r) Hujus filius testamenti sui execu-  
torem Galliae regem constituit. (s)

## §. XXII.

Est autem imperii constitutionibus totus juris  
Justiniane complexus receptus, (t) ita, ut nihil ex-  
clusum sit, quod legibus aut moribus patriæ non  
est reprobatum, aut reipublicæ rationibus repu-  
gnat. Itaque & pupillaris æque ac vulgaris substi-  
tutionis materia a Germania foris non exulat, quia  
nec lege, nec consuetudine est exclusa. Neque enim  
substitutionis pupillaris fundamentum, patria scilicet  
potestas, e Germania plane proscriptum est. Ab uno  
altero vero effectu patriæ potestatis cessante, ad ejus ju-  
ris abrogationem concludi non posse, SIMON VAN  
LOEWEN (u) recte monet. Enimvero pro non  
usu juris communis præsumendum non est, sed po-  
tius,

(q) MATTH. PARIS *histor. Angl.* tom. III. ad. ann. 1251. p.  
812.

(r) *Corps diplomatique du droit des gens* tom. I. part. i. p. 365.  
par DUMONT. & p. 427. sur une autre copie.

(s) *Corps diplomatique* tom. I. part. II. p. 25. 83. Add. *annales*  
*Augustburgenses* apud MENCKEN tom. I. S.G. p. 1536.

(t) *Loca ex imperii constitut, asserti STRYK in differr. de usu &*  
*autoritate juris Romani in foris Germaniae, quam, usui mo-*  
*derno Pandectarum præmisit* §. XXII. *seqq.*

(u) *Cens. forens. lib. I. c. IX. n. 1.*

tius, quod jura semel recepta in viridi sint observantia. Et multorum sane casuum decisio immutanda foret, si patriæ potestati hodiernæ effectus civiles admire, & necessitate parendi eam circumscribere vellemus. (x)

### §. XXIII.

Materiam substitutionis pupillaris in foris nostris usū servari, Germanicæ praxeos peritissimi testantur. (y) Postquam succedendi species a maioribus ex iure Romano semel recepta fuit, apparet, eandem etiam cum favore suo receptum esse. Atque satius est, a iure Romano, in re testamentaria semel recepto, non discedere, nisi universalis Germanicæ praxis obstat, quam opiniorum fluctuationibus, de juris Romani non usū, quæ jus admodum incertum reddunt, inhærere. (z)

### §. XXIV.

Male adversarii pro contraria sententia citant  
**CYPRIANVM REGNERVM** (a) GROEN-  
 WEG

(x) STRYCK in V. M. P. lib. I. tit. 6. §. 3. ANDLER in *jurisprud. lib. I. tit. VI. part. II. n. 3. p. 115.*

(y) CARPL. P. u. C. 33. D. 1. 3. 12. RICHTER D. 44. 45. 46.  
 FINCKELTHAVS obf. 29. STRYCK in V. M. P. lib.  
 XXVIII. tit. 6. HAHN ad WESENBECK. p. 752. n. IX. SCHIL-  
 TER. exercit. 38. ad P. §. 93. BERGER in *economia juris*  
 p. 387.

(z) SCHILTER. exercit. IX. ad pandect. §. IX. §. exercit.  
 35. §. 30.

(a) In cens. Belgica ad l. n. ff. de vulg. §. pupill. subff.

WEG (b) GVDELINVM (c) SIMON VAN  
LOEWEN (d) & MARCILIVM. Nam quid hi  
JCti exteri de praxi fori Germanici testari possent?  
Dicta eorum ad Belgica & Gallica fora sunt restrin-  
genda. Atque solius WESENBECHII (e) affer-  
tum: *Rem esse ab usu nostrorum iudiciorum remotissi-  
mam, contra tantorum virorum, thesi praecedente al-  
legatorum, testimonia, nihil valoris habere potest.*

## §. XXV.

Cum emancipatis (f) separati, si pater ad secun-  
da transit vota, in aliquibus Germaniae provinciis af-  
finitatem aliquam habent, ita, ut separatione facta,  
æque ac si liberi a patre emancipientur, pupillaris sub-  
stitutio collabescere videatur: Verum æquior a mul-  
tis creditur esse sententia, quod separatione facta ni-  
hilominus pupillaris substitutio per modum fideicom-  
missi duret. Enimvero separatio liberorum non  
omnimode cum illa Romanorum emancipatione, qua  
emancipati pro extraneis habebantur, coincidit. Atque  
haec de themate nostro dicta sufficient. Quæ adhuc  
addi debuissent, alii reservantur  
tempori.

(b) *Ad rubr. J. de pupillari substit.*

(c) *In iure novissimo lib. II. c. 5.*

(d) *In cens. forens. lib. III. c. 6. §. 14.*

(e) *Ad tit. D. de V. & P. S. in fine.*

(f) *Si pupillus de patria potestate exhibat, substitutio pupillaris ex-  
spicitur. LANCELOTVS de substitut. p. 513.*

ERRATA.

- Pag. 5. lin. 16. pro consultum, consuetum.  
p. 20. lin. 2. pro herede, heredi.  
ead. p. 5. 14. lin. 7. pro masculum, masculum.  
lin. 8. pro complectitur, complectatur.  
p. 24. lin. 5. del. hereditas & leg. pro perveniat, perveniant.  
p. 29. not. c. lin. 1. del. an.  
p. 39. lin. 4. pro fideicommissoria, fideicommissaria.

NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO

DOMINO STEINIO

S. P. D.

PRÆSES.

Postquam, Iustro in Academia  
Regiomontana absoluto, ad Ju-  
liam nostram accesseris, & juridi-  
cas meas frequentare cœperis scho-  
las, Te, ad jurisprudentiæ studia,  
ut par est, incubitum, animo con-  
cep*i*.

I 3                   cepi.

cepi. Neque me præsigum illud  
fesellit: Etenim indefesso studio,  
& continuatis vicibus publicis  
meis privatisque adsuisti prælectio-  
nibus. Nec dubito, quin eadem  
diligentia dominorum meorum  
collegarum, antecessorum celeber-  
rimorum, collegiis interfueris.

Quam vellem, ut tuis omnes, qui  
hic studiorum causa commoran-  
tur, inhærerent vestigiis: Julia no-  
stra tot orbi decora, & publicæ sa-  
lutis subsidia, quot studiosorum  
fovet capita, præbere posset. Ab-  
sit, me de numero eorum, in qui-  
bus diligentia desideratur, con-  
queri. Nam hodierni Academiæ  
nostræ cives, maximam partem, si  
iops qui

qui unquam, summo studio cura-  
que se literis involvunt. Non solum  
autem doctrinæadjumentis, sed &  
probis, commodis, politioribusque  
studisti moribus, ita ut, honestis-  
simo vivendi genere, in omnibus  
tui desiderium & amicitiam exci-  
taveris. Hic est nexus, quo tibi  
præceptorum tuorum favorem, &  
commilitonum æstimationem ad-  
junxisti. Laudibus quoque tuis  
merito accensendum, quod, ante-  
quam abhinc discederes, eruditio-  
nis tuæ publicum edere volueris  
documentum. Nullus dubito,  
quin Mecænatem aliquem sis habi-  
turus, sub cuius umbra, ad subli-  
me Augustissimi regis gratiæ cul-  
men

men appropinquare possis, ut præ-  
mio, quod virtuti debetur, Tibi,  
propediem frui, liceat, & quæ didi-  
cisti, ad patriæ utilitatem, adduce-  
re queas. Vale, & secunda ubi-  
que utere fortuna. Dabam Helm-  
stadii, in Academia Julia, Idib.  
Sept. MDCCXL.







Helmstedt, Diss., 1738/41

X 2309199



B.I.G.



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> ACADEMICA  
DE  
SVBSTITVTIONE  
PVPILLARI  
A GERMANIA NON  
EXCLVSA

PRÆSIDE  
DN. JOH. WILH. DE GÖBEL  
SERENISSIMI DVCIS BRVNSV. LVNEBVRG. A CONSIGLIIS  
AVLICIS ET DICASTERII GVELPHICI ASSESSORE  
PANDECT. P. P. O. ET FACVLTATIS JVRIDICÆ  
SENIORE

IN JVLEO MAJORI

D. SEPT. MDCCXL.

FLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT

F R I D E R I C V S Stein

G AWEITA - PRVSSVS.

HELMSTADII  
TYPIS JOHANNIS DRIMBORNII.